bit eum ab Oriente & ab Aquilone, & ve-
niet in multitudine magna, vt conterat &
45 interficiat plurimos. * Et figet taberna-
culum suum Apadno inter duo maria su-
per montem inclytum & sanctum, & ve-
niet vsque ad summitatem eius, & nemo
auxiliabitur ei.

CAP. XII.

1 IN tempore autẽ illo consurget Michael
A princeps magnus, qui stat pro filiis po-
puli tui, & veniet tempus quale nõ fuit ab
eo, ex quo gentes esse cœperunt vsque ad
tempus illud. Et in tempore illo saluabitur
populus tuus, omnis qui inuentus fuerit
scriptus in libro.
2 * Et multi de his qui dormiunt in terræ
puluere, euigilabũt, alij in vitam æternam,
alij in op probrium vt videant semper.
3 * Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quasi
B splendor firmamenti; & qui ad iustitiam
erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas
æternitates.
4 * Tu autem Daniel claude sermones, &
signa librum vsque ad tempus statuti. Plu-
rimi pertransibunt, & multiplex erit scien-
5 tia. * Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo
alij stabant, vnus hinc super ripã fluminis,
& alius inde ex altera ripa fluminis.
6 * Et dixit viro qui erat indutus lineis, qui
stabat super aquas fluminis: Vsquequo fi-
nis horum mirabilium?
7 * Et audiui virũ qui indutus erat lineis,
C qui stabat super aquas fluminis, cum ele-
uasset dextram & sinistram suam in cælũ,
& iurasset per viuentem in æternum, quia
in tempus & tempora & dimidium tem-
poris. Et cùm completa fuerit dispersio ma-
nus populi sancti, complebuntur vniuersa
8 hæc. * Et ego audiui & non intellexi. Et
dixi: Domine mi quid erit post hæc?
9 * Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt si-
gnatique sermones, vsque ad præfinitũ tem-
10 pus. * Eligentur & dealbabuntur, & quasi
D ignis probabuntur multi. Et impiè agent
impij, neque intelligent omnes impij. Pro-
11 rò docti intelligent. * Et à tempore cõtin-
ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita
fuerit abominatio in desolationem, dies
mille ducenti nonaginta.
12 * Beatus qui expectat & peruenit vsque
ad dies mille trecentos triginta quinque.
13 * Tu autẽ Daniel vade ad præfinitum,
& requiesces & stabis in sorte tua in fine
dierum.

42 * Et extendet manum suam super terram, et
terra Aegypti non erit in salutem.
43 * Et dominabitur in absconditis auri & ar-
genti, & in omnibus desiderabilibus Aegypti, et
Libum & Aethiopum in munitionibus eorum.
44 * Et auditus turbabunt eum ex Oriente, &
ab Aquilone. Et veniet in furore multo vt de-
leat & anathematizet multos.
45 * Et figet tabernaculum suum Aphadpno in-
ter maria super montem Sabi sanctũ. Et veniet
vsque ad summitatem eius, & non erit qui li-
beret eum.

CAP. XII.

1 ET in tempore illo consurget Michael princeps
magnus qui stetit super filios populi tui. Et
erit tempus tribulationis, qualis non fuit ex quo
facta est gens in terra, vsque ad tempus illud. Et
in tempore illo saluabitur populus tuus omnis,
qui inuentus est scriptus in libro.
2 * Et multi dormientium ex terræ puluere
exurgent, hi in vitam æternam, & hi in oppro-
brium & confusionem æternam.
3 * Et intelligentes fulgebũt quasi splendor fir-
mamenti, & à iustis multis quasi stellæ in secu-
la, & vltrà.
4 * Et tu Daniel claude sermones, & signa li-
brum vsque ad tẽpus consummationis donec do-
ceantur multi, & multiplicetur scientia.
5 * Et vidi ego Daniel, & ecce duo alij stete-
rant, vnus hinc labij fluminis, & vnus inde la-
bij fluminis.
6 * Et dixi viro induto lineis qui erat super a-
quam fluminis: Vsquequo finis eorum quæ di-
xisti mirabilium?
7 * Et audiui virum indutum lineis qui erat
super aquam fluminis; & eleuauit dexterã suam
& sinistram suam in cælum, & iurauit viuenti
in seculum; quia in tempus & tempora dimidiũ
temporis, cùm impleta fuerit dispersio manus po-
puli sanctificati, cognoscent omnia ista.
8 * Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi:
Domine quid extrema horum?
9 * Et dixit: Veni Daniel, quia clausi & si-
gnati sermones vsque ad temporis finem.
10 * Eligentur & dealbabuntur, & igne pro-
babuntur multi, & iniquè agent iniqui, & non
intelligent omnes iniqui, & intelligentes intelli-
gent. 11 * Et à tempore mutationis continuita-
tis, & vt data fuerit abominatio desolationis
dies mille ducenti nonaginta.
12 * Beatus qui expectat & peruenit in dies
mille trecentos triginta quinque.
13 * Et tu Daniel veni in complementum con-
summationis. & requiesces & surges in sorte
tua in consummationem dierum.

42 * καὶ ἐκτενεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ γῆ
αἰγύπτου οὐκ ἔσται εἰς σωτηρίαν.
43 * καὶ κυριεύσει ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τοῦ χρυσίου καὶ τοῦ
ἀργυρίου καὶ ἐν πᾶσιν ἐπιθυμητοῖς αἰγύπτου καὶ λιβύων
καὶ αἰθιόπων ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν αὐτῶν.
44 * καὶ ἀκοαὶ ταράξουσιν αὐτὸν ἐξ ἀνατολῶν καὶ ἀπὸ
βορρᾶ· καὶ ἥξει ἐν θυμῷ πολλῷ τοῦ ἀφανίσαι καὶ τοῦ
ἀναθεματίσαι πολλούς.
45 * καὶ πήξει τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἀφαδπνῶ ἀναμέσον τῶν
θαλασσῶν ἐπ' ὄρος σαβεῖ ἅγιον. καὶ ἥξει ἕως τῆς ἄκρας
αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ῥυόμενος αὐτόν.

ιβ

1 * Καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀναστήσει μιχαὴλ ὁ ἄρ-
χων ὁ μέγας ὁ ἑστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου. καὶ ἔσται και-
ρὸς θλίψεως, οἷα οὐ γέγονεν ἀφ' οὗ γεγένηται ἔθνος ἐπὶ τῆς
γῆς, ἕως τοῦ καιροῦ ἐκείνου. καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σωθήσεται
ὁ λαός σου πᾶς, ὁ εὑρεθεὶς γεγραμμένος ἐν τῇ βίβλῳ.
2 * καὶ πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐκ γῆς χώματος ἐξε-
γερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ
3 αἰσχύνην αἰώνιον. * καὶ οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ
λαμπρότης τοῦ στερεώματος καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολ-
λῶν ὡς οἱ ἀστέρες εἰς τοὺς αἰῶνας καὶ ἔτι.
4 * καὶ σὺ δανιὴλ ἔμφραξον τοὺς λόγους καὶ σφράγισον
τὸ βιβλίον ἕως καιροῦ συντελείας ἕως διδαχθῶσιν πολ-
λοὶ καὶ πληθυνθῇ ἡ γνῶσις.
5 * καὶ εἶδον ἐγὼ δανιήλ, καὶ ἰδοὺ δύο ἕτεροι εἱστήκεισαν.
εἷς ἐντεῦθεν τοῦ χείλους τοῦ ποταμοῦ, καὶ εἷς ἐντεῦθεν τοῦ
χείλους τοῦ ποταμοῦ.
6 * καὶ εἶπον τῷ ἀνδρὶ τῷ ἐνδεδυμένῳ τὸ βαδδεῖν ὃς ἦν
ἐπάνω τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, ἕως πότε τὸ πέρας ὧν εἴρη-
7 κας τῶν θαυμασίων; * καὶ ἤκουσα τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ἐν-
δεδυμένου τὸ βαδδεῖν ὃς ἦν ἐπάνω τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ.
καὶ ὕψωσεν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ εἰς
τὸν οὐρανόν, καὶ ὤμοσεν τῷ ζῶντι τὸν αἰῶνα, ὅτι εἰς καιρὸν καὶ
καιροὺς ἥμισυ καιροῦ, ἐν τῷ συντελεσθῆναι διασκορπισμὸν
χειρὸς λαοῦ ἡγιασμένου, γνώσονται πάντα ταῦτα.
8 * καὶ ἐγὼ ἤκουσα καὶ οὐ συνῆκα. καὶ εἶπα, κύριε τί τὰ
9 ἔσχατα τούτων; * καὶ εἶπεν, δεῦρο δανιήλ, ὅτι ἐμπε-
φραγμένοι καὶ ἐσφραγισμένοι οἱ λόγοι ἕως καιροῦ
10 πέρας. * ἐκλεγῶσιν καὶ ἐκλευκανθῶσιν καὶ πυρωθῶσιν
πολλοί, καὶ ἀνομήσωσιν ἄνομοι, καὶ οὐ συνήσουσιν πάντες
ἄνομοι καὶ οἱ νοήμονες συνήσουσιν.
11 * καὶ ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, καὶ τοῦ
δοθῆναι βδέλυγμα ἐρημώσεως ἡμέραι χίλιαι διακόσιαι
12 ἐννενήκοντα. * μακάριος ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας εἰς
ἡμέρας χιλίας τριακοσίας τριακονταπέντε.
13 * καὶ σὺ δανιὴλ δεῦρο εἰς αὐαπλήρωσιν συντε-
λείας. καὶ ἀναπαύσῃ καὶ ἀναστήσῃ εἰς τὸν κλῆρόν σου εἰς
συντέλειαν ἡμερῶν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP.XIII.

ET erat vir habitans in Baby- 1
lone, & nomen ei Ioachim.
* Et accepit vxorem cui nomẽ 2
Susanna filia Helchiæ, pulchrã val
de, & timentem Dominũ. * Et 3
parentes eius iusti, & docuerunt
filiã suã secundũ legẽ Moysi. * Et 4
erat Ioachim diues valde, & erat
ipsi hortus vicinus domui eius, et
ad eũ cõgregabãtur Iudæi, eo quòd
esset ipse honorabilior omnibus.
* Et designati sunt duo seniores 5
ex populo iudices in anno illo, de
quibus locutus est Dominus, Quia
egressa est iniquitas ex Babylone à
senioribus iudicibus qui videbãtur
gubernare populũ. * Isti expecta- 6
bant in domo Ioachim, & venie-
bant ad eos omnes litigãtes. * Et 7
factum est quando recedebat popu
lus medio die, ingrediebatur Su-
sanna, & deambulabat in horto
viri sui. * Et videbant eam duo 8
seniores quotidie ingredientẽ &
deambulantẽ, & facti sunt in con
cupiscentia eius. * Et peruerte- 9
runt suũ sensum, & declinauerũt
oculos suos, vt nõ respicerẽt in cæ-
lum, neque recordarentur iudicio-
rum iustorũ. * Et erant ambo cõ 10
pũcti circa eã, & nõ annunciaue-
runt adinuicem dolorẽ suũ. * Quia 11
erubescebãt annunciare cõcupiscẽ-
tiã suã, quòd volebãt cõmisceri ei.
* Et obseruabant diligẽter quo- 12
tidie videre illã, & dixerunt alter
alteri.
* Eamus in domum, quia pran 13
dij hora est. * Et egressi di- 14
scesserũt ad inuicẽ, & reuersi ve-
nerunt in idipsum, & sciscitantes
ad inuicẽ causam, confessi sunt ad
inuicẽ concupiscentiã suã, & tunc
cõmuniter constituerunt tempus
quãdo ipsam possint inuenire solã.
* Et factum est cùm obseruarẽt 15
ipsi diem aptũ, ingressa est Susan-
na sicut heri & tertia die, cum
duabus solis puellis, & deside-
rauit lauari in horto.
* Quia æstus erat, & non erat 16
vllus ibi; præterquam duo senio-
res absconditi & obseruantes
eam.

ιγ'

1 Καὶ ἦν ἀνὴρ οἰκῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ὄνο
2 μα αὐτῷ Ἰωακείμ. * καὶ ἔλαβε γυναῖκα
ᾗ ὄνομα Σωσάννα θυγάτηρ Χελκίου, κα-
λὴν σφόδρα καὶ φοβουμένην τὸν κύριον.
3 * καὶ οἱ γονεῖς αὐτῆς δίκαιοι, καὶ ἐδίδαξαν
τὴν θυγατέρα αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωυσῆ.
4 * καὶ ἦν Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα καὶ ἦν
αὐτῷ παράδεισος γειτνιῶν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. καὶ
πρὸς αὐτὸν συνήγοντο οἱ Ἰουδαῖοι διὰ τὸ εἶ-
5 ναι αὐτὸν ἐνδοξότερον πάντων. * καὶ ἀπε-
δείχθησαν δύο πρεσβύτεροι ἐκ τοῦ λαοῦ
κριταὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ περὶ ὧν ἐ-
λάλησεν ὁ δεσπότης. ὅτι ἐξῆλθεν ἀνομία
ἐκ Βαβυλῶνος ἐκ πρεσβυτέρων κριτῶν
6 οἳ ἐδόκουν κυβερνᾶν τὸν λαόν. * οὗτοι προσ-
εκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἰωακεὶμ καὶ ἤρ-
χοντο πρὸς αὐτοὺς πάντες οἱ κρινόμενοι.
7 * καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἀπέτρεχεν ὁ λαὸς
μέσον ἡμέρας, εἰσεπορεύετο Σωσάννα καὶ
περιεπάτει ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ ἀνδρὸς
8 αὐτῆς. * καὶ ἐθεώρουν αὐτὴν οἱ δύο πρε-
σβύτεροι καθ' ἡμέραν εἰσπορευομένην
καὶ περιπατοῦσαν. καὶ ἐγένοντο ἐν ἐπιθυ-
9 μίᾳ αὐτῆς. * καὶ διέστρεψαν τὸν ἑαυτῶν
νοῦν. καὶ ἐξέκλιναν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐ-
τῶν τοῦ μὴ βλέπειν εἰς τὸν οὐρανόν, μηδὲ
10 μνημονεύειν κριμάτων δικαίων. * καὶ ἦσαν
ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς.
καὶ οὐκ ἀπήγγελλον ἀλλήλοις τὴν ὀδύ-
11 νην αὐτῶν. * ὅτι ᾐσχύνοντο ἀπαγγεῖλαι
τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν, ὅτι ἤθελον συγγενέ-
12 σθαι αὐτῇ. * καὶ παρετηροῦσαν φιλοτί-
μως καθ' ἡμέραν ὁρᾶν αὐτήν. καὶ εἶπαν
13 ἕτερος τῷ ἑτέρῳ· * πορευθῶμεν δὴ εἰς οἶ-
14 κον, ὅτι ἀρίστου ὥρα ἐστίν. * καὶ ἐξελθόντες
διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἀνα-
κάμψαντες ἦλθον ἐπὶ τὸ αὐτό. καὶ ἀνε-
τάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν ὡμολό-
γησαν ἀλλήλοις τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν.
καὶ τότε κοινῇ συνετάξαντο καιρὸν ὅτε αὐ-
15 τὴν δυνήσονται εὑρεῖν μόνην. * καὶ ἐγένετο
ἐν τῷ παρατηρεῖν αὐτοὺς ἡμέραν εὔθετον,
εἰσῆλθεν ἡ Σωσάννα καθὼς χθὲς καὶ
τρίτης ἡμέρας μετὰ δύο μόνων κορα-
σίων, καὶ ἐπεθύμησε λούσασθαι ἐν τῷ πα-
16 ραδείσῳ. * ὅτι καῦμα ἦν. καὶ οὐκ ἦν οὐδεὶς
ἐκεῖ, πλὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι ἐγκε-
κρυμμένοι καὶ παρατηροῦντες αὐτήν.

Hucusque Danielẽ in Hebræico volumine legim, et cætera quæ sequũtur vsq; ad finẽ libri, de Theodotionis editione translata sunt.*

CAP. XIII.

1 ET erat vir habitãs in Baby
lone, & nomen eius Ioa-
A chim. * Et accepit vxorẽ nomi- 2
ne Susannã filiã Helchiæ pul
chrã nimis & timentẽ Deum:
3 * Parentes enim illius cùm
essent iusti erudierũt filiã suam
4 secũdũ legẽ Moysi. * Erat au-
tẽ Ioachim diues valde, & erat
ei pomeriũ vicinũ domui suæ,
& ad ipsum cõfluebãt Iudæi, eo
quòd esset honorabilior cun-
5 ctorũ. * Et constituti sunt duo
senes iudices in illo anno: de
quibus locutus est Dñs, Quia
egressa est iniquitas de Babylo-
ne à senioribus iudicibus, qui
6 videbãtur regere populũ. * Isti
frequentabãt domũ Ioachim,
& veniebant ad eũ omnes qui
7 habebãt iudicia. * Cùm autẽ
populus reuertisset per meri-
diẽ ingrediebatur Susanna, &
deambulabat in pomerio viri
8 sui. * Et videbant eam senes
quotidie ingredientẽ & deam-
bulantẽ, & exarserunt in concu-
9 piscẽtiã eius: * Et euerterunt
sensum suũ, & declinauerunt
oculos suos vt nõ viderẽt cœlũ,
neq; recordarentur iudiciorũ iu-
10 storũ. * Erãt ergo ambo vul-
B nerati amore eius, nec indica-
uerũt sibi vicissim dolorẽ suũ.
11 * Erubescebãt enim indicare
sibi cõcupiscentiã suã volentes
12 cõcubere cũ ea. * Et obserua-
bãt quotidie sollicitius videre
13 eã. Dixitq; alter ad alterũ: Ea-
mus domũ; quia hora prandij
14 est. * Et egressi recesserunt à se.
Cumq; reuertissent venerunt in
vnũ: & sciscitãtes ad inuicẽ cau-
sam, cõfessi sunt cõcupiscentiã
suã. Et tũc in cõmune statuerunt
tẽpus, quãdo eã possent inue-
15 nire solã. * Factũ est autẽ cùm
obseruarẽt diẽ aptum, ingressa
est aliquando sicut heri & nu-
diustertius cũ duab' solis puel-
lis, voluitq; lauari in pomerio,
16 * Æstus quippe erat: & nõ erat
ibi quisquã præter duos senes
absconditos, & cõtẽplantes eã.

* Dixit ergo puellis: Afferte 17
mihi oleum & smigmata, &
ostia pomœrij claudite vt la-
uer. * Et fecerunt sicut præ- 18
ceperat, clauseruntq; ostia po-
mœrij, & egressæ sunt per po-
sticũ vt afferrent quæ iusserat.
nesciebãtque senes intus esse
absconditos. * Cùm autem 19
essent egressæ puellæ, surrexe- C
runt duo senes, & accurrerunt
ad eam, & dixerunt:
* Ecce ostia pomœrij clausa 20
sunt, & nemo nos videt, & in
cõcupiscẽtia tui sumus. Quã-
obrem assentire nobis, & com
miscere nobiscum. * Quòd 21
si nolueris, dicemus contra te
testimonium, quòd fuerit tecũ
iuuenis, & ob hanc causam e-
miseris puellas à te. * Inge- 22
muit Susanna, & ait: Angustiæ
sunt mihi vndique. Si enim
hoc egero, mors mihi est; si au-
tem non egero, non effugiam
manus vestras. * Sed melius 23
est mihi absque opere incidere
in manus hominũ, quàm pec-
care in conspectu Domini.
* Et exclamauit voce magna 24
Susanna. Exclamauerunt autẽ
& senes aduersus eam. * Et cu 25
currit vnus ad ostia pomœrij,
& aperuit. * Cùm ergo au- 26
dissent clamorẽ famuli domus
in pomœrio, irruerunt per po-
sticũ, vt viderent quidnã esset.
* Postquam autem senes lo- 27
cuti sunt, erubuerunt serui ve-
hementer; quia nunquam di-
ctus fuerat sermo huiuscemo-
di de Susanna. * Et facta est 28
dies crastina. Cumque venisset
populus ad Ioachim virũ eius,
venerũt & duo presbyteri ple-
ni iniqua cogitatione aduersus
Susannam, vt interficerent eã.
* Et dixerunt coram popu- 29
lo: Mittite ad Susannam filiam D
Helchiæ, vxorem Ioachim. Et
statim miserunt.
* Et venit cum parentibus 30
& filiis & vniuersis cognatis
suis. * Porrò Susanna erat 31
delicata nimis, & pulchra fa-
cie. * At iniqui illi iusserunt 32
vt discooperiretur; erat enim
cooperta, vt vel sic satiarentur
decore eius.

* καὶ εἶπεν τοῖς κορασίοις αὐτῆς, ἐνέγ- 17
κατε δή μοι ἔλαιον καὶ σμῆγμα, καὶ τὰς
θύρας τοῦ παραδείσου κλείσατε ὅπως
λούσωμαι. * καὶ ἐποίησαν καθὼς εἶπεν, 18
καὶ ἀπέκλεισαν τὰς θύρας τοῦ παραδεί-
σου, καὶ ἐξῆλθον κατὰ τὰς πλαγίας θύ-
ρας ἐνέγκαι τὰ προστεταγμένα αὐταῖς.
καὶ οὐκ εἶδον τοὺς πρεσβυτέρους, ὅτι ἦσαν
κεκρυμμένοι. * καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθον 19
τὰ κοράσια, ἀνέστησαν οἱ δύο πρεσβύτε-
ροι καὶ ἐπέδραμον αὐτῇ, καὶ εἶπαν. * ἰδοὺ 20
αἱ θύραι τοῦ παραδείσου κέκλεινται καὶ οὐ-
δεὶς θεωρεῖ ἡμᾶς, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ σου
ἐσμέν, διὸ συγκατάθου ἡμῖν. * καὶ γενοῦ 21
μεθ' ἡμῶν. εἰ δὲ μή, καταμαρτυρήσομέν
σου, ὅτι ἦν μετὰ σοῦ νεανίσκος, καὶ διὰ τοῦτο
ἐξαπέστειλας τὰ κοράσια ἀπὸ σοῦ. * καὶ 22
ἀνεστέναξε Σωσάννα καὶ εἶπεν. στενά
μοι πάντοθεν. ἐάν τε γὰρ τοῦτο πράξω, θά-
νατός μοι ἐστίν. ἐάν τε μὴ πράξω, οὐκ ἐκ-
φεύξομαι τὰς χεῖρας ὑμῶν. * αἱρετόν 23
μοι ἐστὶ μὴ πράξασαν ἐμπεσεῖν εἰς τὰς
χεῖρας ὑμῶν, ἢ ἁμαρτεῖν ἐνώπιον κυρίου.
* καὶ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ Σωσάν- 24
να. ἐβόησαν δὲ καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι
κατέναντι αὐτῆς. * καὶ δραμὼν ὁ εἷς ἤνοι- 25
ξε τὰς θύρας τοῦ παραδείσου. * ὡς δὲ ἤ- 26
κουσαν τὴν κραυγὴν ἐν τῷ παραδείσῳ
οἱ ἐκ τῆς οἰκίας, εἰσεπήδησαν διὰ τῆς
πλαγίας θύρας ἰδεῖν τί τὸ συμβεβηκὸς
αὐτῇ. * ἡνίκα δὲ εἶπον οἱ πρεσβύτεροι 27
τοὺς λόγους αὐτῶν, κατῃσχύνθησαν οἱ δοῦ-
λοι σφόδρα, ὅτι πώποτε οὐκ ἐρρέθη λό-
γος τοιοῦτος περὶ Σωσάννης. * καὶ ἐγένετο 28
τῇ ἐπαύριον ὡς συνῆλθεν ὁ λαὸς πρὸς
τὸν ἄνδρα αὐτῆς Ἰωακείμ, ἦλθον οἱ δύο
πρεσβύτεροι πλήρεις τῆς ἀνόμου ἐννοίας
κατὰ Σωσάννης τοῦ θανατῶσαι αὐτήν.
* καὶ εἶπαν ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ· 29
ἀποστείλατε ἐπὶ Σωσάνναν θυγατέρα
Χελκίου ἥ ἐστι γυνὴ Ἰωακείμ. οἱ δὲ ἀπέ-
στειλαν. * καὶ ἦλθεν αὐτὴ καὶ οἱ γονεῖς 30
αὐτῆς καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ πάντες
οἱ συγγενεῖς αὐτῆς. * ἡ δὲ Σωσάννα ἦν 31
τρυφερὰ σφόδρα καὶ καλὴ τῷ εἴδει.
* οἱ δὲ παράνομοι ἐκέλευσαν ἀ- 32
νακαλυφθῆναι αὐτήν, ἦν γὰρ κατα-
κεκαλυμμένη, ὅπως ἐμπλησθῶσι τοῦ
κάλλους αὐτῆς.

17 * Et dixit puellis suis: Afferte
iam mihi oleum & smigma, &
ostia horti claudite vt lauer.
18 * Et fecerunt sicut dixit, &
clauserunt ostia horti, & egressæ
sunt per obliquas portas, vt af-
ferrent præcepta eis. Et non vi-
derunt seniores; quia erant ab-
sconditi.
19 * Et factum est vt egressæ sunt
puellæ, surrexerunt duo seniores,
& accurrerunt ei, & dixerunt:
20 * Ecce ostia horti clausa sunt,
& nemo videt nos; & in concu-
piscentia tui sumus; ideo concũbe
nobiscum.
21 * Et esto nobiscum. Alioquin te-
stificabimur contra te, quia erat
tecum iuuenis, & propterea emi-
sisti puellas à te.
22 * Et ingemuit Susanna, et ait:
Angustiæ mihi vndique; siue enim
hoc fecero, mors mihi est; siue nõ fe
cero, non effugiam manus vestras.
23 * Eligibilius mihi est, nõ facien-
tem incidere in manus vestras,
quã peccare in conspectu Domini.
24 * Et exclamauit voce magna Su-
sanna. Clamauerunt autẽ & duo
seniores aduersus eam.
25 * Et currens vnus aperuit por
tas horti.
26 * Vt autem audierunt clamorẽ
in horto qui ex domo, insilierũt per
obliquam portam, vt viderẽt quid
quod acciderat ei.
27 * Quando autem dixerunt se-
niores verba sua, erubuerũt serui
valde; quia vnquam non dictus
est sermo talis de Susanna.
28 * Et factum est die crastina, vt
conuenit populus ad virum eius
Ioachim, venerũt duo seniores ple
ni iniqua cogitatione contra Su-
sannam, vt interficerent eam.
29 * Et dixerunt coram populo:
Mittite ad Susannã filiã Helchiæ,
quæ est vxor Ioachim. Illi autem
30 miserunt. * Et venit ipsa &
parentes eius, & filij eius, & om-
31 nes cognati eius. * At Susanna
erat delicata valde et pulchra spe-
32 cie. * At iniqui iusserũt discoope-
riri eam, erat enim cooperta, vt sa
tiarentur pulchritudine eius.

Universidad de Deusto Biblioteca

* Flebãt autẽ qui ab ea, & om 33
nes vidẽtes eã. * Surgentes autẽ 34
duo presbyteri in medio populi po
suerunt manus super caput eius.
* Illa autẽ flens respexit in cælũ, 35
quia erat cor eius confidens in Do
mino. * Dixerũt autem seniores, 36
Deambulãtibus nobis in horto so-
lis, ingressa est hæc cum duabus an
cillis, & clausit ostia horti, & di-
misit ancillas. * Et venit ad eã 37
iuuenis qui erat absconditus, &
concubuit cum ea. * Nos autem 38
existentes in angulo horti, viden-
tes iniquitatẽ, cucurrimus ad eos.
Et videntes commixtos eos,
* Illius quidem non potuimus 39
compotes fieri, eo quòd præualuit
ipse super nos, & aperiens ostia
exiluit.
* Hanc autem apprehendentes 40
interrogamus quis erat iuuenis:
& non voluit annunciare nobis.
hæc testificamur.
* Et credidit eis multitudo, 41
quasi senioribus populi & iudici-
bus, & condemnauerunt eam vt
moreretur. * Exclamauit autẽ 42
voce magna Susanna, & dixit:
Deus æterne absconditorum co-
gnitor, qui scis omnia antequam
fiant ea. * Tu scis quia menda- 43
citer contra me testificati sunt, &
ecce morior non faciens quicquam
quorum isti malignati sunt contra
me. * Et exaudiuit Deus vocem 44
eius. * Et adducta ea vt periret, 45
suscitauit Deus Spiritũ sanctum
pueri iunioris cui nomen Daniel,
& clamauit vocemagna.
* Mũdus ego à sanguine huius. 46
* Conuersus est autẽ omnis popu 47
lus ad eũ, et dixerunt, Quis sermo
iste quẽ tu locutus es?
* Ille autẽ stans in medio eorum 48
dixit: Sic fatui filij Israel non iudi
cantes, neq; certũ cognoscentes, cõ
dẽnastis filiam Israel?
* Reuertimini ad iudiciũ, falsa 49
enim isti testificati sunt cõtra eam.
* Et reuersus est omnis populus 50
cum festinatione, & dixerunt ei
seniores, Veni sede in medio no-
strum, & annuncia nobis, quia
tibi dedit Deus honorem senio-
rum.

33 * ἔκλαιον δὲ οἱ παρ' αὐτῆς καὶ πάντες οἱ
34 εἰδότες αὐτήν. * ἀναστάντες δὲ οἱ δύο πρε-
σβύτεροι ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ ἔθηκαν τὰς
35 χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. * ἡ δὲ
κλαίουσα ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανόν. ὅτι
ἦν ἡ καρδία αὐτῆς πεποιθυῖα ἐπὶ τῷ κυ-
36 ρίῳ. * εἶπαν δὲ οἱ πρεσβύτεροι. περιπα-
τούντων ἡμῶν ἐν τῷ παραδείσῳ μόνων,
εἰσῆλθεν αὕτη μετὰ δύο παιδισκῶν, καὶ ἀ-
πέκλεισεν τὰς θύρας τοῦ παραδείσου, καὶ
37 ἀπέλυσεν τὰς παιδίσκας. * καὶ ἦλθεν
πρὸς αὐτὴν νεανίσκος ὃς ἦν κεκρυμ-
μένος καὶ ἀνέπεσεν μετ' αὐτῆς.
38 * ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐν τῇ γωνίᾳ τοῦ παρα-
δείσου ἰδόντες τὴν ἀνομίαν ἐδράμομεν
ἐπ' αὐτούς. καὶ ἰδόντες συγγινομένους αὐ-
39 τούς. * ἐκείνου μὲν οὐκ ἠδυνήθημεν ἐγκρα-
τεῖς γενέσθαι διὰ τὸ ἰσχύειν αὐτὸν ὑπὲρ ἡμᾶς
καὶ ἀνοίξαντα τὰς θύρας ἐκπεπηδηκέναι.
40 * ταύτης δὲ ἐπιλαβόμενοι ἐπερωτῶ-
μεν τίς ἦν ὁ νεανίσκος, καὶ οὐκ ἠθέλησεν
ἀπαγγεῖλαι ἡμῖν. ταῦτα μαρτυροῦμεν.
41 * καὶ ἐπίστευσεν αὐτοῖς ἡ συναγωγὴ
ὡς πρεσβυτέροις τοῦ λαοῦ καὶ κριταῖς, καὶ
κατέκριναν αὐτὴν ἀποθανεῖν.
42 * ἀνεβόησεν δὲ φωνῇ μεγάλῃ σωσάννα
καὶ εἶπεν ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ τῶν κρυπτῶν
γνώστης ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως
43 αὐτῶν. * σὺ ἐπίστασαι ὅτι ψευδῆ μου
κατεμαρτύρησαν, καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκω μὴ
ποιήσασα μηδὲν ὧν οὗτοι ἐπονηρεύσαντο
44 κατ' ἐμοῦ. * καὶ εἰσήκουσεν ὁ θεὸς τῆς φωνῆς
45 αὐτῆς. * καὶ ἀπαγομένης αὐτῆς ἀπολέσθαι,
ἐξήγειρεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παι-
δαρίου νεωτέρου ᾧ ὄνομα δανιήλ, καὶ ἐ-
46 βόησεν φωνῇ μεγάλῃ. * καθαρὸς ἐγὼ
47 ἀπὸ τοῦ αἵματος ταύτης. * ἐπέστρεψεν δὲ
πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτὸν καὶ εἶπαν τίς ὁ
λόγος οὗτος ὃν σὺ λελάληκας;
48 * ὁ δὲ στὰς ἐν μέσῳ αὐτῶν εἶπεν· οὕτως
μωροὶ υἱοὶ ἰσραὴλ οὐκ ἀνακρίναντες οὐδὲ
τὸ σαφὲς ἐπιγνῶντες κατεκρίνατε θυ-
49 γατέρα ἰσραήλ; * ἀναστρέψατε εἰς τὸ
κριτήριον, ψευδῆ γὰρ οὗτοι κατεμαρ-
50 τύρησαν αὐτῆς. * καὶ ἀνέστρεψεν πᾶς ὁ
λαὸς μετὰ σπουδῆς. καὶ εἶπον αὐτῷ οἱ
πρεσβύτεροι. δεῦρο δὴ κάθισον ἐν μέσῳ
ἡμῶν καὶ ἀπάγγειλον ἡμῖν ὅτι σοὶ δέδωκεν
ὁ θεὸς τὸ πρεσβυτέριον.

33 * Flebant igitur sui & omnes
34 qui nouerant eã. * Cõsurge-
F tes autẽ duo presbyteri in me-
dio populi, posuerunt manus
35 suas super caput eius. * Quæ
flens suspexit ad cælum. Erat
enim cor eius fiduciam habẽs
36 in Domino. * Et dixerunt
presbyteri: Cùm deambulare-
mus in pomerio soli, egressa est
hæc cũ duabus puellis, & clau-
sit ostia pomœrij, & dimisit à
37 se puellas. * Venitque ad eam
adolescens qui erat abscondi-
tus, & concubuit cum ea.
38 * Porrò nos cùm essemus in
angulo pomerij videtes iniqui-
tatẽ, cucurrimus ad eos, & vi-
dimus eos pariter commisceri.
39 * Et illum quidẽ non quiui-
mus comprehendere, quia for-
tior nobis erat: & apertis ostijs
40 exiliuit. * Hanc autem cùm
apprehendissemus, interroga-
mus quisnã esset adolescens, &
noluit indicare nobis. Huius
41 rei testes sumus. * Credidit eis
multitudo quasi senibus & iu-
dicibus populi. Et condemna-
42 uerunt eam ad mortẽ. * Excla-
G mauit autem voce magna Su-
sanna, & dixit: Deus æterne qui
absconditorũ es cognitor, qui
nosti omnia antequam fiant,
43 * Tu scis quoniã falsum te-
stimoniũ tulerunt contra me;
& ecce morior cùm nihil horum
fecerim quæ isti malitiosè com-
44 posuerũt aduersum me. * Exau-
diuit autẽ Dominus vocem eius.
45 * Cumq; duceretur ad mortẽ,
suscitauit Dñs spiritũ pueri iu-
nioris cuius nomen Daniel. Et
46 exclamauit voce magna. Mun-
dus ego sum à sanguine huius.
47 * Et cõuersus omnis populus
ad eũ dixit: Quis est iste sermo
48 quẽ tu locutus es? * Qui cùm
staret in medio eorũ ait: Sic fa-
tui filij Israel nõ iudicantes neq;
quod verum est cognoscentes,
49 cõdẽnastis filiã Israel? * Reuer-
timini ad iudiciũ: quia falsum
testimoniũ locuti sunt aduer-
50 sus eã. * Reuersus est ergo po-
pulus cũ festinatione, & dixe-
runt ei senes: Veni & sede in
medio nostrum, & indica no-
bis, quia tibi Deus dedit ho-
norem senectutis.

* Et dixit ad eos Daniel, 51
Separate illos ab inuicem
procul & dijudicabo eos.
* Cùm ergo diuisi essent 52
alter ab altero, vocauit
vnũ de eis & dixit ad eũ,
Inueterate dierum malo-
rum, nunc venerunt pec-
cata tua quæ operabaris
prius, * Iudicans iudicia 53
iniusta, innocentes oppri-
mens, & dimittẽs noxios,
dicente Dño, Innocentem
& iustum non interficies.
* Nunc ergo si vidisti eã, 54
dic sub qua arbore videris
eos colloquẽtes sibi. Qui
ait, Sub schino. * Dixit aũt 55
Daniel, Rectè mentitus es
in caput tuum. Ecce enim
angelus Dei accepta sen-
tẽtia ab eo scindet te me-
diũ. * Et amoto eo iussit 56
venire aliũ, & dixit ei: Se-
men Chanaan & non Iu-
da, species decepit te, &
concupiscentia subuertit
cor tuũ. * Sic faciebatis fi- 57
liabus Israel, & illę timen-
tes loquebãtur vobis, sed
nõ filia Iuda sustinuit ini-
quitatem vestram. * Nunc 58
ergo dic mihi sub qua ar-
bore comprehenderis eos
loquentes sibi. Qui ait,
Sub prino. * Dixit aũt ei 59
Daniel, Rectè mẽtitus es
& tu in caput tuum. Ma-
net enim angelus Dei gla
diũ habẽs vt secet te me-
dium & interficiat vos.
* Exclamauit itaque om- 60
nis cœtus voce magna, &
benedixerũt Deum qui sal
uat sperantes in se. * Et 61
consurrexerunt aduersus
duos presbyteros. Conui-
cerat enim eos Daniel ex
ore suo falsum dixisse te-
stimoniũ. * Feceruntq; eis 62
sicut malè egerant aduer-
sus proximũ, vt facerẽt se-
cũdum legẽ Moysi, & in-
terfecerũt eos. Et saluatus
est sanguis innoxius in die
illa. * Helchias aũt & vxor 63
eius laudauerunt Deũ pro
filia sua Susanna cum Ioa
chim marito eius, & co-
gnatis omnibus, quia non
est inuẽta in ea res turpis.

* καὶ εἶπεν πρὸς αὐτοὺς δανιήλ· 51
διαχωρίσατε αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων
μακρὰν καὶ ἀνακρινῶ αὐτούς.
* ὡς δὲ διεχωρίσθησαν εἷς ἀπὸ τοῦ 52
ἑνός, ἐκάλεσεν τὸν ἕνα αὐτῶν, καὶ εἶ-
πεν αὐτῷ· πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κα
κῶν, νῦν ἥκασιν αἱ ἁμαρτίαι σου ἃς ἐ-
ποίεις τὸ πρότερον. * κρίνων κρίσεις 53
ἀδίκους, καὶ τοὺς μὲν ἀθῴους κατακρί-
νων· ἀπολύων δὲ τοὺς αἰτίους, λέγοντος
τοῦ κυρίου ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτε-
νεῖς. * νῦν οὖν ταύτην εἴπερ εἶδες, εἰπὸν 54
ὑπὸ τί δένδρον εἶδες αὐτοὺς ὁμιλοῦν-
τας ἀλλήλοις. * ὁ δὲ εἶπεν, ὑπὸ σχῖνον. 55
εἶπεν δὲ δανιήλ, ὀρθῶς ἔψευσαι εἰς τὴν
σεαυτοῦ κεφαλήν, ἤδη γὰρ ἄγγελος τοῦ
θεοῦ λαβὼν φάσιν παρὰ τοῦ θεοῦ σχίσει σε
μέσον. * καὶ μεταστήσας αὐτὸν ἐκέλευ- 56
σεν προσαγαγεῖν τὸν ἕτερον, καὶ εἶπεν
αὐτῷ, σπέρμα χαναὰν καὶ οὐκ ἰούδα
τὸ κάλλος ἐξηπάτησέν σε καὶ ἡ ἐπι-
θυμία διέστρεψε τὴν καρδίαν σου.
* οὕτως ἐποιεῖτε θυγατράσιν ἰσ- 57
ραήλ, κἀκεῖναι φοβούμεναι ὡμίλουν
ὑμῖν· ἀλλ' οὐ θυγάτηρ ἰούδα ὑπέμει-
νεν τὴν ἀνομίαν ὑμῶν.
* νῦν οὖν λέγε μοι ὑπὸ τί δέν- 58
δρον κατέλαβες αὐτοὺς ὁμιλοῦντας
ἀλλήλοις· ὁ δὲ εἶπεν, ὑπὸ πρῖνον.
* εἶπεν δὲ αὐτῷ δανιήλ, ὀρθῶς ἔψευ- 59
σαι καὶ σὺ εἰς τὴν σεαυτοῦ κεφαλήν,
μένει γὰρ ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ τὴν ῥομ-
φαίαν ἔχων πρίσαι σε μέσον, ὅπως
ἐξολοθρεύσῃ ὑμᾶς.
* καὶ ἀνεβόησεν πᾶσα ἡ συνα- 60
γωγὴ φωνῇ μεγάλῃ καὶ ηὐλόγησαν
τῷ θεῷ τῷ σῴζοντι τοὺς ἐλπίζοντας
ἐπ' αὐτόν. * καὶ ἀνέστησαν ἐπὶ τοὺς δύο 61
πρεσβυτέρους, ὅτι συνέστησεν αὐτοὺς
δανιὴλ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν ψευδο-
μαρτυρήσαντας. * καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς 62
ὃν τρόπον ἐπονηρεύσαντο τῷ πλησίον
ποιῆσαι κατὰ τὸν νόμον μωυσῆ, καὶ ἀπέκ-
τειναν αὐτούς, καὶ ἐσώθη αἷμα ἀναίτιον
ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. * χελκίας δὲ καὶ ἡ 63
γυνὴ αὐτοῦ ᾔνεσαν τὸν θεὸν περὶ τῆς
θυγατρὸς αὐτῶν σωσάννης μετὰ ἰωα
κεὶμ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τῶν συγ-
γενῶν πάντων, ὅτι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐ-
τῇ ἄσχημον πρᾶγμα.

51 * Et dixit ad eos Daniel,
Separate illos ab inuicẽ pro-
52 cul, & dijudicabo eos. * Vt
autem separati sunt vnus ab
vno, vocauit vnum eorum,
& dixit ei, Inueterate die-
rum malorũ, nunc venerunt
peccata tua quæ faciebas
53 prius, * Iudicans iudicia in-
iusta, & quidem innocentes
condemnans; dimittens autẽ
noxios, dicẽte Domino: Inno
centẽ et iustũ non interficies.
54 * Nunc ergo hanc si vidisti,
dic sub qua arbore vidisti eos
55 conuersantes adinuicem. * At
ille dixit, Sub schino. dixit
aũt Daniel, Rectè mentitus
es in tuũ caput, iam enim an-
gelus Dei accipiens sententiã
56 à Deo scindet te mediũ. * Et
amouens eum iussit adducere
alterum, & dixit ei, Semen
Chanaan & non Iuda, pul-
chritudo decepit te, & con-
cupiscentia peruertit cor tuũ.
57 * Sic faciebatis filiabus Is-
rael, & illæ timentes conuer-
sabantur vobis. sed non filia
Iuda sustinuit iniquitatẽ ve
58 stram. * Nunc ergo dic mihi
sub qua arbore deprehendisti
eos conuersantes adinuicem.
59 ille aũt dixit, sub prino. * Di-
xit aũt ei Daniel, Rectè men
titus es & tu in tuum caput;
manet enim angelus Dei gla-
dium habens vt secet te me-
dium, vt interficiat vos.
60 * Et exclamauit omnis sy-
nagoga voce magna, & be-
nedixerunt Deo qui saluat
61 sperantes in eum. * Et sur-
rexerunt in duos seniores,
quia constituerat eos Daniel
ex ore suo falsum testimoniũ
62 dixisse. * Et fecerunt eis
sicut malignati sunt proximo
vt facerent secundùm legem
Moysi, & interfecerunt eos,
& saluatus est sanguis inno-
63 xius in die illa. * Helchias
aũt & vxor eius laudauerũt
Deũ super filia sua Susanna
cum Ioachim viro suo & co-
gnatis omnibus, quia non est
inuenta in ea turpis res.

Universidad de Deusto
Biblioteca

64 ‡ Et Daniel factus est magnus in conspectu populi à die illa & vltrà. ‡ Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & accepit Cyrus Perses regnum eius.

CAP. XIIII.

1 ET erat Daniel conuiua regis & gloriosus super omnes amicos eius.

2 ‡ Et erat idolum Babyloniis cui nomen Bel, & impendebantur in illud singulis diebus similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, & vini metretæ sex. ‡ Et rex colebat illud, & 3 ibat per singulos dies adorare illud; Daniel autem adorabat Deum suum. Et dixit illi rex, Quare non adoras Bel?

4 ‡ Ille autem dixit, Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum qui creauit cælum & terram, & habentem omnis carnis potestatem. ‡ Et di- 5 xit illi rex; Non videtur tibi Bel esse viuens Deus? an non vides quanta comedit per singulos dies? ‡ Et ait Daniel ri- 6 dens, Ne erres rex, iste enim intrinsecus quidem est lutum, extrinsecus autē æs, & non comedit neque bibit aliquando.

7 ‡ Et iratus rex, vocauit sacerdotes eius, & ait illis, Nisi dixeritis mihi, quis comedens impensam hanc, moriemini.

8 ‡ Si autem ostenderitis quia Bel comedit ea, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. & dixit Daniel regi, Fiat secundùm verbum tuum.

9 ‡ Et erant sacerdotes Bel septuaginta sine mulieribus, & filijs, & venit rex cum Daniel in domum Bel.

10 ‡ Et dixerūt sacerdotes, Ecce nos recedimus foras, tu autem rex appone escas, & vinū miscens pone, et claude ostium, & signa in anulo tuo.

11 ‡ Et veniens manè, si non inueneris omnia comesta à Bel, moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos.

64 ‡ Daniel autem factus est magnus in cōspectu populi à die illa & deinceps.

65 ‡ Et rex Asthyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

CAP. XIIII.

1 ERat autem Daniel conuiua regis & honoratus super omnes amicos eius.

2 ‡ Erat quoq; idolum quod Babylonios nomine Bel, & impēdebātur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, 3 vinij; amphoræ sex. ‡ Rex quoq; colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suum. Dixitq; ei rex, Quare non adoras Bel? ‡ Qui respondens, ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viuētem Deum qui creauit cælum & terram & habet potestatem omnis carnis.

5 ‡ Et dixit rex ad eum, Non videtur tibi Bel viuere? An non vides quanta comedat & bibat quotidie?

6 ‡ Et ait Daniel arridens: Ne erres rex. Iste est enim intus lutеus, foris aēreus, & neque comedit aliquando.

7 ‡ Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi quis est iste qui comedat impensas istas, moriemini. 8 ‡ Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in eum. Et dixit Daniel regi: Fiat secundùm verbum tuum.

9 ‡ Erant autē sacerdotes Bel septuaginta exceptis uxoribus & paruulis & filijs. Et venit rex cum Daniele in templum Belis.

10 ‡ Et dixerūt sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone cibos & vinum misce, & claude ostium, & signa anulo tuo.

11 ‡ Et cùm ingressus fueris manè nisi inueneris omnia comesta à Bel, morieris, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos.

12 ‡ Confidebant autē quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper & deuorabant ea. 13 ‡ Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis & attulerunt cinerem, & cribrauit per totū templum coram rege, & egressi clauserunt ostium, & lignantes anulo regis abierunt. 14 ‡ Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta cōsuetudinem suam & vxores & filij eorum, & comederūt omnia & biberunt. 15 ‡ Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo.

16 ‡ Et ait rex: Salua ne sunt signacula Daniel? Qui respō dit, Salua rex. 17 ‡ Statimque cùm aperuisset ostiū, intuitus rex mensam exclamauit voce magna: Magnus es Bel & nō est apud te dolus quisquam. 18 ‡ Et risit Daniel. Et tenuit regē ne ingrederetur intrò, & dixit: Ecce pauimētum, animaduerte cuius vestigia sunt hæc. 19 ‡ Et dixit rex: Video vestigia virorum & mulierum & infantium.

20 ‡ Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes & vxores & filios eorum, & ostenderunt ei absconditа 21 osliola p quę ingrediebātur, & consumebant quæ erant super mensam. 22 ‡ Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis, qui subuertit eū & templū eius.

22 ‡ ET ERAT draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. 23 ‡ Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iste nō sit Deus viuens. Adora ergo eum.

24 ‡ Dixitq; Daniel regi: Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuēs. 25 Iste autem non est Deus viuens.

25 ‡ Tu autē rex da mihi potestatem & interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi.

12 ‡ αὐτοὶ δὲ κατεφρόνουν ὅτι πεποιήκεσαν ὑπὸ τὴν τράπεζαν κεκρυμμένον εἴσοδον καὶ δι' αὐτῆς εἰσεπορεύοντο καὶ ἐδαπάνων αὐτά.

13 ‡ καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθοσαν ἐκεῖνοι, ὁ βασιλεὺς παρέθηκεν τὰ βρώματα τῷ Βήλ, καὶ ἐπέταξεν Δανιὴλ τοῖς παιδαρίοις αὐτοῦ, ἤνεγκαν τέφραν καὶ ἐκαθέτρωσαν ὅλον τὸν ναὸν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως· καὶ ἐξελθόντες ἔκλεισαν τὰς θύρας, ἐσφράγισαν ἐν τῷ δακτυλίῳ τοῦ βασιλέως καὶ ἀπῆλθον. 14 ‡ οἱ δὲ ἱερεῖς εἰσῆλθον τὴν νύκτα κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν, καὶ αἱ γυναῖκες καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ κατέφαγον πάντα, καὶ ἐξῆλθον.

15 ‡ ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς τὸ πρωΐ καὶ ὁ Δανιὴλ μετ' αὐτοῦ. 16 ‡ εἶπεν ὁ βασιλεύς, σῶοι αἱ σφραγῖδες Δανιήλ. ὁ δὲ εἶπεν, σῶοι βασιλεῦ. 17 ‡ καὶ ἐγένετο ἅμα τῷ διοίξαι τὰς θύρας ἐπιβλέψας ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἐβόησεν φωνῇ μεγάλῃ· μέγας εἶ Βήλ, καὶ οὐκ ἔστιν παρὰ σοὶ δόλος οὐδείς.

18 ‡ καὶ ἐγέλασεν Δανιὴλ καὶ συνέσχεν τὸν βασιλέα τοῦ μὴ εἰσελθεῖν αὐτὸν ἔσω· καὶ εἶπεν, ἰδὲ τὸ ἔδαφος καὶ γνῶθι τίνος τὰ ἴχνη ταῦτα. 19 ‡ εἶπεν ὁ βασιλεύς· ὁρῶ τὰ ἴχνη ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων. 20 ‡ ὠργίσθη ὁ βασιλεύς, στρέλαβεν τοὺς ἱερεῖς, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ἔδειξαν αὐτῷ τὰς κρυπτὰς θυρίδας δι' ὧν εἰσεπορεύοντο, καὶ κατεδαπάνων τὰ ἐπὶ τῆς τραπέζης. 21 ‡ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ὁ βασιλεύς, καὶ ἔδωκεν τὸν Βὴλ ἐξούσιον Δανιὴλ, καὶ κατέστρεψεν αὐτὸν καὶ τὸν ναὸν αὐτοῦ.

22 ‡ Καὶ ἦν δράκων μέγας ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἐσέβοντο αὐτὸν οἱ Βαβυλώνιοι.

23 ‡ καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Δανιήλ, μὴ καὶ τοῦτον ἐρεῖς ὅτι χαλκοῦς ἐστιν; ἰδοὺ ζῇ καὶ ἐσθίει, καὶ πίνει· δύνασαι εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἔστιν θεὸς ζῶν, καὶ προσκύνησον αὐτόν. 24 ‡ καὶ εἶπεν Δανιὴλ· κυρίῳ τῷ θεῷ μου προσκυνήσω, ὅτι οὗτός ἐστιν θεὸς ζῶν. 25 ‡ σὺ δὲ βασιλεῦ δός μοι ἐξουσίαν, καὶ ἀποκτενῶ τὸν δράκοντα ἄνευ μαχαίρας, καὶ ῥάβδου. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς, δίδωμί σοι.

12 ‡ Ipsi autem despiciebant, quia fecerant sub mensa absconditum introitum & per ipsam ingrediebantur semper & de- 13 struebant ea. ‡ Et factum est vt egressi sunt illi, & rex apposuit eis ea Bel, & præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & strauerunt totum templum in conspectu regis, & exeuntes clauserunt portas & signauerunt in anulo regis & 14 abierunt. ‡ At sacerdotes ingressi sunt nocte secundùm consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum, & comederunt omnia, & egressi sunt.

15 ‡ Et manicauit rex manè, et 16 Daniel cū eo. ‡ Et ait rex, Salua signacula Daniel? ille autem 17 dixit, Salua rex. ‡ Et factū est statim cùm aperuisset portas, inspiciens rex in mensam clamauit voce magna: Magnus es Bel, & non est apud te dolus 18 quisquam. ‡ Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur ipse intrò: & dixit, Vide pauimentum, & cognosce cuius vestigia hæc.

19 ‡ Et dixit rex, Video vestigia virorum & mulierum, et infantium.

20 ‡ Et iratus rex tunc, apprehendit sacerdotes & vxores, & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur & consumebant quæ in mensa.

21 ‡ Et occidit illos rex, & dedit Bel abietēum Danieli, & subuertit eum & tēplum eius.

22 ‡ ET ERAT draco magnus in loco, & colebant eū Babylonij.

23 ‡ Et dixit rex Danieli, Nunquid & hunc dices, quia æreus est? Ecce viuit & comedit, & bibit, non potes dicere quia non est iste Deus viuens: & adora 24 eum. ‡ Et dixit Daniel, Dominum Deum meū adorabo, quia iste est Deus viuens.

25 ‡ Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & virga. & dixit rex, Do tibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 ‡ Et accepit Daniel picē & adipē & pilos, & coxit in idipsum & fecit massas, et dedit in os draconis, & diruptus est draco, et dixit: Ecce culturæ vestræ. 27 ‡ Et factum est vt audierunt Babylonij, indignati sunt valde, & conuersi sunt in regē, & dixerunt: Iudæus factꝰ est rex: Bel destruxit, et draconem interfecit & sacerdotes occidit. 28 ‡ Et dixerunt vehementes ad regē: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domū tuam. 29 ‡ Et vidit rex quia vrgent eum vehementer: & coactus tradidit eis Danielē. 30 ‡ Illi autem miserunt eum in lacum leonū: & fuit ibi diebus sex. 31 ‡ Erant autem in lacu septem leones, et dabātur eis in die duo corpora et duæ oues. tunc autem non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. 32 ‡ Habacuc propheta erat in Iudæa, et ipse coxit pulmentum & contriuit panes in peluim, & ibat in campum ferre messoribus. 33 ‡ Et dixit angelus Domini Abacuc: Affer prandium, quod habes, in Babylonem, Danieli in lacū leonū. 34 ‡ Et dixit Abacuc: Domine, Babylonē non vidi, & lacum non scio vbi est.

35 ‡ Et apprehendit angelus Dñi vertice eius; & portans coma capitis eius, posuit illum in Babylonē super lacum impetu spiritus sui.

36 ‡ Et clamauit Abacuc, dicens: Daniel Daniel, accipe prandium quod misit tibi Deus. 37 ‡ Et dixit Daniel, Recordatus es enim mei Deus, et nō dereliquisti exquirentes te. 38 ‡ Et surgēs Daniel comedit: at angelus Dei restituit Abacuc cōfestim in locū suū. 39 ‡ At rex venit die septima vt lugeret Daniel, et venit ad lacū & introspexit, & ecce Daniel sedens. 40 ‡ Et exclamans rex voce magna, dixit: Magnus es Dñe Deus Danielis, et nō est alius præter te: & extraxit eū. 41 ‡ At auctores perditionis eius immisit in lacū, et deuorati sūt statim corā eo.

26 ‡ Τὸν ἔλαβεν δανιὴλ πίσαν, καὶ στέαρ, καὶ τείχας, καὶ ἔψησεν ὅπῃ τὸ αὐτὸ, καὶ ἐποίησεν μάζας, καὶ ἔδωκεν εἰς τὸ στόμα τοῦ δράκοντος, καὶ διερράγη ὁ δράκων, καὶ εἶπεν· ἴδε τὰ σεβάσματα ὑμῶν. 27 ‡ Καὶ ἐχύθη ὡς ἤκουσαν οἱ Βαβυλώνιοι ἰσχυρὰ νάλιηναν λίαν, καὶ σὺν ἐς ἐφόνευσαν ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ εἶπον· ἰουδαῖος γέγονεν ὁ βασιλεὺς· τὸν βὴλ κατέστρεψεν, καὶ τὸν δράκοντα ἀπέκτεινεν, καὶ τοὺς ἱερεῖς κατέσφαξεν. 28 ‡ Καὶ εἶπαν ἐλθόντες πρὸς τὸν βασιλέα· παράδος ἡμῖν τὸν δανιὴλ· εἰδὲ μὴ ἀποκτενοῦμέν σε, καὶ τὸν οἶκόν σου. 29 ‡ Καὶ εἶδεν ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐπείγουσιν αὐτὸν σφόδρα· καὶ διὰ ταῦτα παρέδωκεν αὐτοῖς τὸν δανιὴλ. 30 ‡ οἱ δὲ ἔβαλον αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ ἦν ἐκεῖ ἡμέρας ἓξ. 31 ‡ ἦσαν δὲ ἐν τῷ λάκκῳ ἐπτὰ λέοντες, καὶ ἐδίδοτο αὐτοῖς τὴν ἡμέραν δύο σώματα, καὶ δύο πρόβατα· τότε δὲ οὐκ ἐδόθη αὐτοῖς ἵνα καταφάγωσιν τὸν δανιήλ. 32 ‡ Καὶ ἀμβακὰμ ὁ προφήτης ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ αὐτὸς ἔψησεν ἔψεμα, καὶ ἐνέρυψεν ἄρτους εἰς σκάφην, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὸ πεδίον ἀπενέγκαι τοῖς θερισταῖς. 33 καὶ εἶπεν ἄγγελος κυρίου τῷ ἀμβακάμ, ἀπένεγκον τὸ ἄριστον ὃ ἔχεις εἰς Βαβυλῶνα τῷ δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων. 34 ‡ Καὶ εἶπεν ἀμβακάμ, κύριε βαβυλῶνα οὐκ ἑώρακα, καὶ τὸν λάκκον οὐγινώσκω ποῦ ἐστιν. 35 καὶ ἐπελάβετο ὁ ἄγγελος κυρίου τοῦ κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ βαστάσας τῇ κόμῃ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἔθηκεν αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα ἐπὶ τῷ ὠῷ τῷ λάκκῳ ἐν τῷ ῥοίζῳ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. 36 ‡ Καὶ ἐβόησεν ἀμβακάμ, λέγων· δανιὴλ δανιὴλ λάβε τὸ ἄριστον ὃ ἀπέστειλέν σοι ὁ θεός. 37 ‡ Καὶ εἶπεν δανιὴλ, ἐμνήσθης γάρ μου ὁ θεός, καὶ οὐκ ἐγκατέλειπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε. 38 ‡ Καὶ ἀνέστας δανιὴλ ἔφαγεν· ὁ δὲ ἄγγελος τοῦ θεοῦ ἀπεκατέστησεν τὸν ἀμβακὰμ παραχρῆμα ἐπὶ τὸν τόπον αὐτοῦ. 39 ‡ Καὶ ὁ βασιλεὺς ἦλθεν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ πενθῆσαι τὸν δανιήλ, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν λάκκον καὶ ἐνέβλεψεν, καὶ ἰδοὺ δανιὴλ καθήμενος. 40 καὶ ἀνακράξας ὁ βασιλεὺς φωνῇ μεγάλῃ, εἶπεν· μέγας εἶ κύριε ὁ θεὸς τοῦ δανιὴλ· καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν σοῦ, καὶ ἐξέσπασεν αὐτόν. 41 ‡ Καὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ἐνέβαλεν εἰς τὸν λάκκον, καὶ κατεβρώθησαν παραχρῆμα ἐνώπιον αὐτοῦ.

FINIS DANIELIS PROPHETAE.

26 ‡ Tulit ergo Daniel picē & adipē, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit Daniel, Ecce quæ colebatis. 27 ‡ Quod cùm audissent Babylonij indignati sunt vehementer, & cōgregati aduersum regē, dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconē interfecit, & sacerdotes occidit. 28 ‡ Et dixerunt cùm venissent ad regem, Trade nobis Danielē, alioquin interficiemus te & domū tuam. 29 ‡ Vidit ergo rex quòd irruerent in eū vehementer, & necessitate coactus tradidit eis Danielē. 30 ‡ Qui miserunt eum in lacū leonum, & fuit ibi diebus sex. 31 ‡ Erant autem lacu erāt leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie & duæ oues; & nunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielē. 32 ‡ Erat autē Abacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentū, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum vt ferret messoribus. 33 ‡ Et dixit angelus Dñi ad Abacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. 34 ‡ Et dixit Abacuc: Dñe Babylonem non vidi, & lacum nescio. 35 ‡ Et apprehendit eum angelus Dñi in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. 36 ‡ Et clamauit Abacuc, dicēs: Daniel Daniel, tolle prandium quod misit tibi Deus. 37 ‡ Et ait Daniel, Recordatus es mei Deus, et non derelinquisti diligētes te. 38 ‡ Et surgens Daniel comedit: porrò angelus Dñi restituit Abacuc confestim in loco suo. 39 ‡ Et factum est ergo rex die septimo vt lugeret Danielem, & veniens ad lacum & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. 40 ‡ Et exclamauit voce magna, dicens: Magnus es Dñe Deus Danielis. Et extraxit eū de lacu leonū. 41 ‡ Porrò illos qui fuerāt causa perditionis eius causa fuerat, misit in lacū, & deuorati sunt in momento coram eo.

PROLOGVS IN LIBRVM DVODECIM PROPHETARVM.

NOn idem ordo est duodecim prophetarum apud Hebræos qui est apud nos. Vnde secundùm id quod ibi legitur, hîc quoq; dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquēs. Iohel planus in principijs, in fine obscurior, & vsque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas, quem Esdram scribam legisque doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantùm vos ô Paula & Eustochium admonitas scire volo, vnum librum esse duodecim prophetarum; & Osee synchronon Esaiæ, Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.

ALIVS PROLOGVS.

REgulæ sunt hæ sub quibus significationibus nominum, ad quas tribus per prophetas sermo Domini dirigatur. Quotiescunque ad decem tribus tenditur prophetia, sub his nominibus designatur, id est Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrahel, Bethel, Bethauen, & interdum Iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur, id est Iuda, Hierusalem, Beniamin, domus Dauid, & interdum Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud Hebræos sententia de his quatuor versibus, qui in capite sunt prænotati. Plerique enim dicunt quòd ab Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatum, vt præscripto vniuscuiusque nomine prophetia cuius sit sequens, noscatur. Ipse est autem Esdras qui vltimus prophetarum Malachiæ nomine scribitur. Alij verò dicūt quòd ab ipsis prophetis per spiritum sanctum, vt cætera, sunt conscripta.

PROLOGVS IN LIBRVM OSEÆ PROPHETÆ.

TEmporibus *Oziæ & Ioathæ, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, & Hieroboam filij Ioas regis, Osee filius Beeri ad prophetiam dicendam, spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Hieroboam rex Israel, Dominum derelinquentes, vt historiæ Regū & Paralipomenon indicant: etiam Israel idololatriæ crimen imperio ac potestate sua admittere coegerunt. Propter quod Deus ad Osee hæc locutus est, dicens: Accipe tibi vxorem fornicariam siue fornicationum, & fac filios fornicationis. Fornicariam itaque, non elocati corporis meretricem, sed gentilem Deum ignorantem, appellat; quæ Dei creatoris sui amore cōtempto, simulachrorū se subiecit desideriis. Sed cùm Dei præcepto propheta in hac re paruisset, conceptū ex ea filiū, Iezrahel præcepit nominare; Deo pollicente post breue tempus sanguinem Iezrael in domo Iehu vindicare. Cuius promissionis hæc causa est, Iehu per Heliseum in regem inunctus ad defendendum sanguinem Naboth ciuis Iezrahel, quæ tunc temporis metropolis erat, quem Iezabel Achab regis Israel vxor interemerat, sicut Regum historia exponit: is cùm grauiter iuxta diuinum præceptum vindicandi sanguinis causa, in omnem memorati domum desæuisset, hoc peracto Dominum dereliquisse imunitur; cuius pronepote Hieroboam, qui lectione comprehensus est, originis suæ facta imitante, ac contra Dei præcepta, & religionem cum populo Israel agente, sanguis Naboth, qui in loco certè Iezrahel fuerat profusus, in domo Iehu patris memorati Hieroboæ pro peccato redundaturus significatur. Hinc factum est vt ira Dei in populo Israel per denunciationem prophetæ processura diceretur. domui autem Iudæ misericordia lectione comprehensa, ob hoc promissa est, quia Ezechias rex Iuda filius Achaz sublatis idolis, quæ tam pater eius quàm cæteri reges consecrauerant, templum Dei purgasse & purificasse monstratur.*

ARGVMENTVM IN EVNDEM.

OSEE crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti multo tempore sedere viduam; & sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

א

1 דְּבַר־יְהוָה אֲשֶׁר הָיָה אֶל־הוֹשֵׁעַ
בֶּן־בְּאֵרִי בִּימֵי עֻזִּיָּה יוֹתָם אָחָז
יְחִזְקִיָּה מַלְכֵי יְהוּדָה וּבִימֵי
יָרָבְעָם בֶּן־יוֹאָשׁ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל׃
2 תְּחִלַּת דִּבֶּר־יְהוָה בְּהוֹשֵׁעַ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־
הוֹשֵׁעַ לֵךְ קַח־לְךָ אֵשֶׁת זְנוּנִים וְיַלְדֵי זְנוּנִים כִּי־
זָנֹה תִּזְנֶה הָאָרֶץ מֵאַחֲרֵי יְהוָה׃
3 וַיֵּלֶךְ וַיִּקַּח אֶת־גֹּמֶר בַּת־דִּבְלָיִם וַתַּהַר
וַתֵּלֶד־לוֹ בֵּן׃
4 וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלָיו קְרָא שְׁמוֹ יִזְרְעֶאל כִּי־עוֹד
מְעַט וּפָקַדְתִּי אֶת־דְּמֵי יִזְרְעֶאל עַל־בֵּית יֵהוּא
וְהִשְׁבַּתִּי מַמְלְכוּת בֵּית יִשְׂרָאֵל׃
5 וְהָיָה בַיּוֹם הַהוּא וְשָׁבַרְתִּי אֶת־קֶשֶׁת יִשְׂרְאֵל
בְּעֵמֶק יִזְרְעֶאל׃
6 וַתַּהַר עוֹד וַתֵּלֶד בַּת וַיֹּאמֶר לוֹ קְרָא שְׁמָהּ לֹא
רֻחָמָה כִּי לֹא אוֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל
כִּי־נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם׃
7 וְאֶת־בֵּית יְהוּדָה אֲרַחֵם וְהוֹשַׁעְתִּים בַּיהוָה
אֱלֹהֵיהֶם וְלֹא אוֹשִׁיעֵם בְּקֶשֶׁת וּבְחֶרֶב וּבְמִלְחָמָה
בְּסוּסִים וּבְפָרָשִׁים׃
8 וַתִּגְמֹל אֶת־לֹא רֻחָמָה וַתַּהַר וַתֵּלֶד בֵּן׃
9 וַיֹּאמֶר קְרָא שְׁמוֹ לֹא עַמִּי כִּי אַתֶּם לֹא עַמִּי
וְאָנֹכִי לֹא־אֶהְיֶה לָכֶם׃
10 וְהָיָה מִסְפַּר בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל כְּחוֹל הַיָּם
אֲשֶׁר לֹא־יִמַּד וְלֹא יִסָּפֵר וְהָיָה בִּמְקוֹם אֲשֶׁר־
יֵאָמֵר לָהֶם לֹא־עַמִּי אַתֶּם יֵאָמֵר לָהֶם בְּנֵי
אֵל־חָי׃

LIBER OSEÆ PROPHETAE.

CAP. I.

A 1 VErbum Domini quod factum eſt ad Oſee filium Beeri in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael.

2 ‡ Principiū loquendi Domino in Oſee. Et dixit Dominus ad Oſee, Vade fac tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.

3 ‡ Et abijt & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit & peperit ei filium.

B 4 ‡ Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel. Quoniam adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iehu, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael.

5 ‡ Et erit in illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrahel.

6 ‡ Et concepit adhuc & peperit filiam. Et dixit ei, Voca nomen eius Abſque miſericordia, quia non addam vltrà miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum.

C 7 ‡ Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus.

8 ‡ Et ablactauit eam quæ erat abſque miſericordia. Et concepit & peperit filium.

9 ‡ Et dixit, Voca nomẽ eius Non populus meus; quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.

10 ‡ Et erit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur. Et erit in loco vbi dicebatur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis.

OSEE.

CAP. I.

1 VErbum Domini quod factum eſt ad Oſee filium Beeri in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael.

2 ‡ Principium verbi Domini ad Oſee: & dixit Dominus ad Oſee, Vade tolle tibi vxorem fornicationis, & filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra à Deo.

3 ‡ Et abijt & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit & peperit filium.

4 ‡ Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Hieſdrael; quia adhuc modicum, & vlciſcar ſanguinem Iſrael ſuper domum Iuda, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael.

5 ‡ Et erit in illa die, & conteram arcum Iſrael in valle Iezrael.

6 ‡ Et concepit adhuc & peperit filiam, & dixit ei, Voca nomen eius Abſque miſericordia; quia nequaquam addam vltrà diligere domum Iſrael, ſed aduerſans aduerſabor eis.

7 ‡ At filiorum Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu neque in gladio, neq; in bello, neq; in equis neque in equitibus.

8 ‡ Et ablactauit eam quæ abſq; miſericordia. & concepit & peperit filium.

9 ‡ Et dixit Dominus: Voca nomen eius Non, populus meus; quia vos non populus meus, & ego non ſum veſter.

10 ‡ Et erit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris quæ non menſurabitur, neque numerabitur: & erit in loco vbi dictum eſt eis Non populus meus vos, vocabuntur Filij Dei viuentis.

ΩΣΗΕ.

κεφ. α'.

1 ΛΟγος κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς ὡσηὲ τὸν τοῦ βεηρὶ ἐν ἡμέραις ὀζίου, καὶ ἰωαθὰν, ἀχαζ, ἐζεκίου βασιλέων ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις ἱεροβοὰμ υἱοῦ ἰωὰς βασιλέως τοῦ ἰσραήλ.

45 ‡ Et incidit illi consilium bonum vt destrueret illud, ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes & demoliti
46 sunt illud. ‡ Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta & responderet
47 de eis. ‡ Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud quod
48 fuit prius. ‡ Et ædificauerunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus, & ædificauerunt atria sanctificauerūt.
49 ‡ Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerūt candelabrū & altare incēsorū & mēsam in templū.
50 ‡ Et incēsum posuerūt super altare, & accēderūt lucernas q̄ sup̄ cādelabrū erāt, & luxerūt in templo. ‡ Et posuerūt
51 per mēsam panes & appenderūt velamina, & cōsummauerūt omnia opera quę fecerunt.

‡ Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni, hoc est mēsis Casleu centesimi quadragesimi octaui anni.
‡ Et obtulerunt sacrificiū secundum legem super altare holocaustorum nouum quod fecerunt.
‡ Secundū tempus & secundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in cantici, & citharis, & cynaris, & cymbalis. ‡ Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerūt in cælum eū qui prosperauit eis.
‡ Et fecerunt dedicationē altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lętitia, & salutaria laudis.
‡ Et ornauerunt faciem tēpli coronis aureis & scutulis, & dedicauerunt portas & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas. ‡ Et facta est lętitia in populo magna valde, & auersum est opprobriū gentium. ‡ Et statuit Judas & fratres eius, & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo, à quinta & vicesima die mensis Casleu cum lætitia & gaudio.
‡ Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum mūros altos & turres firmas: nequando venirent gentes & conculcarent eum sicut antea fecerunt.
‡ Et collocauit illic exercitum vt seruarēt eum, & muniuit eum ad custodiendum Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumęæ.

CAP. V.

ET factum est vt audierūt gentes in circuitu, quia ædificatum est altare & sanctuarium sicut priùs, iratæ sunt valde.

52 ‡ καὶ ὠρθρίσθη τὴ πρωὶ τῇ πέμ-
53 πτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἐνάτου· ἔστι ὁ μὴν χασελεῦ ἕως ὀγδόου καὶ τεσ-
54 σαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἔτους.
53 ‡ καὶ ἐθυσίασαν θυσίαν κατὰ τὸν νό-
54 μον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν ὁλοκαυτωμάτων τὸ καινὸν ὃ ἐποίησαν.
54 κατὰ καιροὺς κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐβεβήλωσαν αὐτὰ ἔθνη, ἐν ἐκείνῃ ἐνεκαινίσθη ἐν ᾠδαῖς καὶ κιθάραις καὶ κύμβαλα καὶ ἐν κυμβάλοις.
55 ‡ καὶ ἔπεσεν πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ πρόσωπον, καὶ προσεκυνήσαν καὶ εὐλόγησαν εἰς οὐρανὸν τὸν εὐοδώσαντα αὐτοῖς.
56 ‡ καὶ ἐποίησαν τὸν ἐγκαινισμὸν τοῦ θυσιαστηρίου ἡμέρας ὀκτὼ, καὶ προσήνεγκαν ὁλοκαυτώματα μετ' εὐφροσύνης, καὶ ἔθυσαν θυσίαν σωτηρίου καὶ αἰνέσεως.
57 ‡ καὶ ἐκαλλώπισαν τὸ κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ στεφάνοις χρυσοῖς καὶ ἀσπιδίσκαις, καὶ ἐγκαίνισαν τὰς πύλας καὶ τὰ παστοφόρια καὶ ἐθύρωσαν αὐτά. ‡ καὶ ἐγένετο εὐφροσύνη μεγάλη ἐν τῷ λαῷ σφόδρα, καὶ
59 ἀπεστράφη ὀνειδισμὸν ἐθνῶν. ‡ καὶ ἔστησεν ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἐκκλησία ἰσραὴλ, ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν ἐνιαυτὸν καθ' ἐνιαυτὸν ἡμέρας ὀκτὼ ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς χασελεῦ μετ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς.
60 ‡ καὶ ᾠκοδόμησαν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ τὸ ὄρος σιὼν κυκλόθεν τείχη ὑψηλὰ καὶ πύργους ἰσχυρούς, μήποτε παραγενόμενα τὰ ἔθνη καταπατήσωσιν αὐτά, ὡς ἐποίησαν τὸ πρότερον.
61 ‡ καὶ ἐπέταξαν ἐκεῖ φυλακὴν μιᾶν τηρεῖν αὐτό, καὶ ὠχύρωσαν αὐτὸ τοῦ εἶναι τὸν βαιθσοῦρα τοῦ ἔχειν τὸν λαὸν ὀχύρωμα κατὰ πρόσωπον τῆς ἰδουμαίας.

ε'

1 Καὶ ἐγένετο ὅτε ἤκουσαν τὰ ἔθνη κυκλόθεν ὅτι ᾠκοδομήθη τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐνεκαινίσθη τὰ ἁγίασμα ὡς τὸ πρότερον, καὶ ὠργίσθησαν σφόδρα.

52 ‡ Et mane surrexerunt prima luce quinta & vicesima mē sis noni, hic mensis Chaseleu octaui & quadragesimi & centesimi anni.
53 ‡ Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorū nouū quod fecerunt.
54 ‡ Secundum tempus secundū diem in qua contaminauerunt illud gentes, in illa renouatū est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.
55 ‡ Et ceciderunt omnis populus super faciē, & adorauerūt, & benedixerūt in cælum ei qui prosperauit eis.
56 ‡ Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum letitia, et sacrificauerunt sacrificium salutationis & laudis.
57 ‡ Et ornauerunt quod secundum faciem templi coronis aureis & scutulis, & dedicauerūt portas, & pastophoria, & ianuas posuerunt eis.
58 ‡ Et fuit letitia magna in populo valde, & auersum est opprobrium gentium.
59 ‡ Et statuit Judas & fratres eius, & omnis ecclesia Israel, vt agantur dies dedicationis altaris in temporibus eorum annū secundum annum per dies octo à quinta & vigesima mensis Chaseleu cum letitia & gaudio.
60 ‡ Et ædificauerunt in tempore illo, montem Sion in circuitu muros altos & turres fortes, ne forte aduenientes gentes conculcarēt eos, vt fecerunt prius.
61 ‡ Et collocauerunt illic exercitum vt seruarent illum, & muniuerunt illum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem cōtra faciem Idumææ.

CAP. V.

1 ET factū est quando audierūt gētes in circuitu quòd ædificatum est altare, & dedicatū est sanctuarium sicut prius, & iratæ sunt valde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Et cogitauerunt tollere genus Iacob qui erant in medio eorum, & cœperunt occidere in populo & auferre.*

‡ *Et bellabat Iudas contra filios Esau in Idumæa Acrabattinam, quia circũsedebãt Israel: & percussit eos plaga magna, et compressit eos, & accepit spolia eorum.*

‡ *Et recordatus est malitiæ filiorum Bean, qui fuerunt populo in laqueum & in scandalum, in insidiando eos in uiis.*

‡ *Et cõclusi sunt ab eo in turribus. Et castra metatus est contra eos, & anathematizauit illos & combussit turres eius in igne cum omnibus qui ibi erant.*

‡ *Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem & populum multum & Timotheum ducem illorum.*

‡ *Et commisit contra eos prælia multa. Et contriti sunt ante faciem illius, & percussit eos.*

‡ *Et cepit Gazer & filias eius, & reuersus est in Iudæam.*

‡ *Et congregatæ sunt gentes in Galaad contra Israel qui erãt in finibus eorum, vt tollerent eos. Et fugerunt in Dathema arcem.*

‡ *Et miserunt literas ad Iudam & fratres eius, dicentes:*

‡ *Congregatæ sunt contra nos gentes quæ in circuitu nostro vt tollant nos: & parant venire & capere munitionem in quam confugimus, & Timotheus dux est castrorum eorum.*

‡ *Nunc igitur ueniens libera nos de manu eorum, quoniã cecidit de nobis multitudo.*

‡ *Et omnes fratres nostri existentes in locis Tubin interfecti sunt. Et captiuauerunt mulieres eorũ & filios eorum & supellectilem, & peremerunt illic ferè mille uirorũ.* ‡ *Adhuc epistole legebãtur, et ecce nuncij alij uenerunt de Galilea conscissis uestibus, nuntiantes iuxta uerba hæc:*

1 καὶ ἐβουλεύσαντο ἆραι τὸ γένος
2 Ιακὼβ τοὺς ὄντας ἐν μέσῳ αὐτῶν· καὶ
ἤρξαντο ἀποκτεῖναι ἐν τῷ λαῷ καὶ
3 ἐξαίρειν. ‡ καὶ ἐπολέμησεν πρὸς
υἱοὺς Ησαυ ἐν τῇ Ιδουμαίᾳ τὴν ἀ-
κραβαττίνην, ὅτι περιεκάθητο τὸν
Ισραήλ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν
μεγάλην καὶ συνέστειλεν αὐτούς, καὶ ἔλα
4 βεν τὰ σκῦλα αὐτῶν. ‡ καὶ ἐμνήσθη τῆς
κακίας υἱῶν Βαιδή, οἳ ἦσαν τῷ λαῷ
εἰς παγίδα καὶ εἰς σκάνδαλον ἐν τῇ
5 ἐνεδρεύειν αὐτοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς. ‡ καὶ
διεκλείσθησαν ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὰς πύρ-
γους, καὶ παρενέβαλεν ἐπ' αὐτούς, καὶ
ἀνεθεμάτισεν αὐτοὺς καὶ ἐνεπύρισε
καὶ πύργους αὐτῆς ἐν πυρὶ σὺν πᾶσι
6 τοῖς οὖσιν. ‡ καὶ διεπέρασεν ἐπὶ τοὺς
υἱοὺς Αμμών, καὶ εὗρε χεῖρα κραταιὰν
καὶ λαὸν πολὺν καὶ Τιμόθεον ἡγού-
7 μενον αὐτῶν. ‡ καὶ συνῆψε πρὸς
αὐτοὺς πολέμους πολλούς, καὶ συνε-
τρίβησαν πρὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ
8 ἐπάταξεν αὐτούς. ‡ καὶ προσκατε-
λάβετο τὴν Γαζὴρ καὶ τὰς θυγατέ-
ρας αὐτῆς, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Ἰε-
9 δαίαν. ‡ καὶ ἐπεσυνήχθησαν τὰ
ἔθνη τὰ ἐν τῇ Γαλαὰδ ἐπὶ τὸν Ισρα-
ὴλ τοῦ ὄντας ἐπὶ τοῖς ὁρίοις αὐτῶν
τοῦ ἐξᾶραι αὐτούς. καὶ ἔφυγον εἰς Δα-
10 θεμὰ τὸ ὀχύρωμα. ‡ καὶ ἀπέστειλαν
γράμματα πρὸς Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελ-
11 φοὺς αὐτοῦ λέγοντες· ‡ ἐπισυνήγμένα
ἐστὶν ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ ἡμῶν
τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς, καὶ ἑτοιμάζονται ἐλ-
θεῖν καὶ προσκαταλαβέσθαι τὸ ὀχύρω-
μα εἰς ὃ καὶ φευγόμεθα, καὶ Τιμόθεος ἡ-
12 γεῖται παρεμβολῆς αὐτῶν. ‡ νῦν οὖν
ἐλθὼν ἐξελοῦ ἡμᾶς ἐκ χειρὸς αὐ-
τῶν, ὅτι πέπτωκεν ἐξ ἡμῶν πλῆθος.
13 ‡ καὶ πάντες οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν τῶν
ὄντες ἐν τοῖς Τοβὶς τεθνάτωσαν), καὶ
ἠχμαλώτησαν τὰς γυναῖκας αὐτῶν
καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν καὶ τὴν ὑποσκευήν,
καὶ ἀπώλεσαν ἐκεῖ ὡς μίαν χιλιαρ-
14 χίαν ἀνδρῶν. ‡ ἔτι δὲ ἐπιστολαὶ ἀνε-
γινώσκοντο, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι ἕτεροι
παρεσύροντο ἐκ τῆς Γαλιλαίας διερ-
ρηχότες τὰ ἱμάτια ἀπαγγέλλοντες
κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα.

‡ Et cogitabant tollere genus Iacob, qui erãt inter eos, & cœperũt occidere de populo & perlequi.

‡ Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane, quia circunsedebant Israelitas, & percussit eos plaga magna.

‡ Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in scandalum, insidiantes eis in via.

‡ Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorũ igni cum omnibus qui in eis erant.

‡ Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum.

‡ Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos. ‡ Et cepit Gazer ciuitatem & filias eius, & reuersus est in Iudæam.

‡ Et congregatæ sunt gentes quę sunt in Galaad aduersus Israelitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos, & fugerunt in Dathema munitionẽ. ‡ Et miserũt literas ad Iudam & fratres eius dicentes. ‡ Cõgregatæ sunt aduersum nos gentes per circuitũ, vt nos auferant. & parant venire & occupare munitionem in quam confugimus, & Timotheus est dux exercitus eorum.

‡ Nunc ergo veni & erue nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis.

‡ Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin, interfecti sunt, & captiuas duxerunt uxores eorũ, & natos & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros.

‡ Et adhuc epistolæ legebantur. Et ecce alij nuncij venerunt de Galilea concisis tunicis nunciantes secundũ verba hæc.

‡ Dicẽtes conuenisse aduersum se, à Ptolemaide, & Tyro, & Sidone, & repleta est omnis Galilæa alienigenis, vt nos consumant.

‡ Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, conuenit ecclesia magna cogitare quid facerẽt fratribus suis qui in tribulatione erãt: & expugnabantur ab eis.

‡ Dixitq; Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim.

‡ Et reliquit Iosephum filium Zachariæ, & Azarian duces populi cũ residuo exercitu in Iudæa ad custodiam.

‡ Et præcepit illis dicens: Præsidete populo huic, & nolite bellum committere aduersum gentes donec reuertamur.

‡ Et data sunt Simoni virorum tria millia, vt iret in Galilæam, Iudæ autem octo millia in Galaaditim.

‡ Et abiit Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus, & contritæ sunt gentes à facie eius, & persecutus est eos vsq; ad portam Ptolemaidis.

‡ Et ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum: & accepit spolia eorum.

‡ Et assumpsit eos qui erant in Galilęa, & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna.

‡ Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum in desertum.

‡ Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide.

‡ λέγοντες, Ἐπισυνῆχθαι ἐπ' 15
αὐτοὺς ἐκ Πτολεμαΐδος καὶ Τύρου καὶ
Σιδῶνος καὶ πᾶσαν Γαλιλαίαν ἀλ-
λοφύλων καὶ ἐξαναλῶσαι ἡμᾶς.
‡ ὡς δὲ ἤκουσεν Ἰούδας καὶ ὁ λαὸς 16
οὗτοι τοὺς λόγους τούτους, ἐπισυνήχθη ἐκ-
κλησία μεγάλη βουλεύσασθαι τί
ποιήσωσι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν τοῖς ὑπ-
ἔστιν ἐν θλίψει καὶ πολεμουμένοις
ὑπ' αὐτῶν. ‡ καὶ εἶπεν Ἰούδας Σί- 17
μωνι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ· Ἔκλεξον
σεαυτῷ ἄνδρας, καὶ πορεύθητι καὶ ῥῦ-
σαι τοὺς ἀδελφούς σου τοὺς ἐν τῇ Γα-
λιλαίᾳ. ἐγὼ δὲ καὶ Ἰωνάθαν ὁ ἀ-
δελφός μου πορευσόμεθα εἰς τὴν Γα
λααδῖτιν. ‡ καὶ κατέλιπεν Ἰώση- 18
φον τὸν Ζαχαρίου καὶ Ἀζαρίαν ἡ-
γουμένους τοῦ λαοῦ μετὰ τῶν ἐπιλοί-
πων τῆς δυνάμεως ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εἰς
τήρησιν. ‡ καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς 19
λέγων· Προΐστησθε τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ
μὴ συνάψητε πόλεμον πρὸς τὰ
ἔθνη ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι ἡμᾶς.
‡ καὶ ἐμερίσθησαν σίμωνι δισχί- 20
λιοι τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν Γα-
λιλαίαν, Ἰούδᾳ δὲ ἄνδρες ὀκτακισχίλιοι
εἰς τὴν γαλααδῖτιν.
‡ καὶ ἐπορεύθη σίμωνι εἰς τὴν Γα- 21
λιλαίαν, καὶ συνῆψε πολέμους πολ-
λοὺς πρὸς τὰ ἔθνη, καὶ συνετρίβη
τὰ ἔθνη ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐ-
δίωξεν αὐτοὺς ἕως τῶν πυλῶν Πτολε-
μαΐδος. ‡ καὶ ἔπεσον ἐκ τῶν ἐθνῶν 22
εἰς τρισχιλίους ἀνδρῶν, καὶ ἔλαβον τὰ
σκῦλα αὐτῶν.
‡ καὶ παρέλαβον αὐτοὺς ἐν τῇ 23
Γαλιλαίᾳ, καὶ ἐν λαβάσεσι σὺν
ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς τέκνοις, καὶ πά-
ντα ὅσα ἦν αὐτοῖς, καὶ ἦγεν εἰς τὴν Ιου
δαίαν μετ' εὐφροσύνης μεγάλης.
‡ καὶ ἆραν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος καὶ Ἰω- 24
νάθαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, διέβησαν τὸν
Ἰορδάνην, καὶ ἐπορεύθησαν ὁδὸν τριῶν
ἡμερῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ.
‡ καὶ συνεύτησαν τοῖς ναβα- 25
ταίοις, καὶ ἀπήντησαν αὐτοῖς εἰρηνι-
κῶς, καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς ἅπαντα
τὰ συμβάντα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν
ἐν τῇ γαλααδίτιδι.

15 ‡ *Dicentes, conuenisse contra eos de Ptolemaide, & Tyro, & Sidone, & omnem Galilæam alienigenarum, vt consumãt nos.*

16 ‡ *Vt autem audiuit Iudas & populus sermones hos, congregata est ecclesia magna ad cogitandum quid facturi sint fratribus suis existentibus in tribulatione, & qui oppugnabantur ab illis.*

17 ‡ *Et dixit Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade & libera fratres tuos qui in Galilæa. Ego autem & Ionathan frater meus ibimus in Galaaditim.*

18 ‡ *Et reliquit Iosephum filium Zachariæ, & Azariã duces populi cum reliquis exercitus in Iudæa in custodiam.*

19 ‡ *Et præcepit eis, dicens: Præsidete populo huic, & non committatis bellum contra gentes quoad reuertamur nos.*

20 ‡ *Et distributi sunt Simoni viri tres mille, vt iret ad Galilæam; Iudæ autem viri octo mille in Galaaditim.*

21 ‡ *Et profectus est Simon in Galilæam, & commisit prælia multa contra gentes. Et contritæ sunt gentes à facie eius, & persecutus est eos vsque ad portas Ptolemaidis.*

22 ‡ *Et ceciderunt de gentibus ad tria millia virorum, & acceperunt spolia eorum.*

23 ‡ *Et assumpserũt eos de Galilæa & in Arbattis cũ mulieribus & filiis, & omnia quæ erant eis, & duxerunt in Iudæam cum lætitia magna.*

24 ‡ *Et Iudas Maccabæus & Ionathan frater eius transierũt Iordanem, & abierunt viam trium dierum in solitudine.*

25 ‡ *Et occurrerunt Nabatæis, & obuiam fuere illis pacificè, & enarrauerũt illis omnia quæ contigerant fratribus eorum in Galaaditide.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 ‡ Et quòd multi de eis comprehensi sunt in Bosorra. et Bosor in Alimis, Chascor, Maced et Carnaim; omnes vrbes hæ fortes & magnæ.

27 ‡ Et in reliquis vrbibus Galaaditidis sunt comprehensi. In crastinum constituunt castra ponere contra munitiones, & comprehendere & tollere omnes hos in die vna.

28 ‡ Et conuertit Judas & castra eius viam in desertum in Bosorra repente: & cepit vrbem, & occidit omne masculinũ in ore gladij, & cepit omnia spolia eorum, & combussit eam igne.

29 ‡ Et discessit illinc nocte, & ibat tanquam ad munitionem.

30 ‡ Et factum est diluculum, et eleuauerunt oculos suos, & ecce populus multus cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas ad capiendum munitionem, & oppugnabant eos.

31 ‡ Et vidit Judas quòd inceptum est prælium. Et clamor vrbis ascendit vsque ad cælum tubis & voce magna, & dixit viris exercitus:

32 ‡ Pugnate hodie pro fratribus vestris.

33 ‡ Et exiit in tribus ordinibus post eos, & clanxerunt tubis, & clamauerunt in oratione.

34 ‡ Et cognouit exercitus Timothei, quòd Maccabæus est, et fugerunt à facie illius, & percussit illos plaga magna, & ceciderunt ex eis in illo die ad octo millia virorum.

35 ‡ Et declinauit ad Masspha, & oppugnauit eam, et cepit eã, & occidit omnẽ masculũ eius, & accepit spolia eius, & combussit eam igne. 36 ‡ Illinc abiit, & accepit Chasphon, Maced, Bosor, & reliquas vrbes Galaaditidis. 37 ‡ Post autem verba hæc congregauit Timotheus castra alia, & castrametatus est contra faciem Raphon vltra torrentem.

26 ‡ καὶ ὅτι πολλοὶ ἐξ αὐτῶν συνειλημμένοι εἰσὶν εἰς Βόσορρα. καὶ Βοσὸρ ὧν ἀλέμοις, χασκὼρ, μακεδὲ καρναὶν· πᾶσαι αἱ πόλεις αὗται ὀχυραὶ καὶ μεγάλαι. 27 ‡ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι τ γαλααδίτιδος εἰσὶ συνειλημμένοι εἰς αὔριον τάσσουσι παρεμβαλεῖν ἐπὶ τὰ ὀχυρώματα καὶ καταλαβέσθαι καὶ ἐξᾶραι πόλεις τότε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. 28 ‡ καὶ ἀπέστρεψεν ἰούδας ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ὁδὸν εἰς τὴν ἔρημον εἰς Βόσορρα ἄφνω. καὶ καταλαβέσθη τὴν πόλιν, καὶ ἀπέκτεινε πᾶν ἄρσενικὸν ἐν στόματι ῥομφαίας, καὶ ἔλαβε πόλιν καὶ σκῦλα αὐτῶν, καὶ ἐνέπρησεν αὐτὴν πυρί. 29 ‡ καὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν νυκτός, καὶ ἐπορεύθη ὡς ἐπὶ τὸ ὀχύρωμα. 30 ‡ καὶ ἐγένετο ἐωθινή, καὶ ἦραν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ ἰδοὺ λαὸς πολὺς ἕως οὗ ἦν ἀριθμός, αἱ σκάλαι κλίμακας καὶ μηχανὰς καταλαβέσθαι τὸ ὀχύρωμα. καὶ ἐπολέμει αὐτούς. 31 ‡ καὶ εἶδεν ἰούδας ὅτι ἦρξατο ὁ πόλεμος. καὶ ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως ἀνέβη ἕως τοῦ οὐρανοῦ μετὰ τῆς σάλπιγγος καὶ φωνῆ μεγάλῃ, καὶ εἶπε τοῖς ἀνδράσι τῆς παρεμβολῆς. 32 ‡ πολεμήσατε σήμερον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν. 33 ‡ καὶ ἐξῆλθεν ἐν τρισὶν ἀρχαῖς ὄπισθεν αὐτῶν, καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐβόησαν ἐν προσευχῇ. 34 ‡ καὶ ἐπέγνω ἡ παρεμβολὴ τιμοθέου ὅτι μακκαβαῖός ἐστί, καὶ ἔφυγον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγῇ μεγάλῃ, καὶ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰς ὀκτακισχιλίους ἀνδρας. 35 ‡ ἀπέκλινεν εἰς μασφά, καὶ ἐπολέμησεν αὐτήν, καὶ προσκαλεσάμενος αὐτὸν ἀπέκλεισε πᾶν ἀρσενικὸν αὐτῆς, καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῆς, καὶ ἐνέπρησεν αὐτὴν πυρί. 36 ‡ ἐκεῖθεν ἀπῆρε, καὶ προσκαλεσάμενος τὴν χασφών, μακεδ, βοσὸρ, καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις τ 37 γαλααδίτιδος. ‡ μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα συνήγαγε τιμόθεος παρεμβολὴν ἄλλην, καὶ παρεμβαλὲ κατὰ πρόσωπον ῥαφὼν ἐπέκεινα τοῦ χειμάρρου.

26 ‡ Et quia multi ex eis comprehensi sunt in Bosra & Abosor, & in Alimis, & in Casphor, & Magath, & Carnaim. hæ omnes ciuitates munitæ & magnæ.

27 ‡ Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi, & in crastinũ constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere & tollere eos in vna die.

28 ‡ Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bozor repente, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni.

29 ‡ Et surrexerũt inde nocte, & ibant vsq; ad munimentum.

30 ‡ Et factum est diluculo, & ecce populus multus cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, vt comprehenderent munitionem & expugnarent eos.

31 ‡ Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor bellicosus ascẽdit ad cælum sicut tubæ, & clamor magnus de ciuitate, & dixit exercitui suo.

32 ‡ Pugnate hodie pro fratribus vestris.

33 ‡ Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione.

34 ‡ Et cognouerunt castra Timothei quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius, & percussit eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.

35 ‡ Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit eam, & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius, & succendit eam igni.

36 ‡ Inde pertexit & venit Casbõ, & Bozor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. 37 ‡ Post hæc autẽ verba congregauit Timotheus exercitũ aliũ, & castra posuit contra Raphan trans torrentem.

38 ‡ Et misit Iudas speculari exercitum, & nunciauerunt ei dicẽtes, Quia conuenerũt ad eũ omnes gentes quæ in circuitu nostro sunt, & exercitus multus nimis.

39 ‡ Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prœlium, & abiit Iudas obuiam illis.

40 ‡ Et ajt Timotheus principibus exercitus sui: Cùm appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transierit ad nos ptior, non poterimus sustinere eum, quia potens poterit aduersum nos.

41 ‡ Si verò timuerit transire & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illũ.

42 ‡ Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquę, statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis, dicẽs: Neminem hominum reliqueritis, sed veniant omnes in prœlium.

43 ‡ Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum, & cõtritæ sunt omnes gentes à facie eorũ, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim.

44 ‡ Et occupauit ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni, cum omnibus quæ erãt in ipso. Et oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Iudæ.

45 ‡ Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & exercitum magnum valde, vt venirent in terram Iudæ.

46 ‡ Et venerunt vsque ad Ephron, & hæc ciuitas magna in ingressu posita munita valde. Et non erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per medium iter erat.

47 ‡ Et incluserũt se qui erãt in ciuitate.

38 ‡ καὶ ἀπέστειλεν ἰούδας κατασκοπεῦσαι τὴν παρεμβολήν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ λέγοντες· Συνηγμένα εἰσὶ πρὸς αὐτοὺς πᾶσαι τὰ ἔθνη τὰ κυκλῳ ἡμῶν, σφόδρα πολλὴ σφόδρα. 39 ‡ Ἀράβας μεμίσθωται εἰς βοήθειαν αὐτοῖς, καὶ παρεμβάλλουσι πέραν χειμάρρου ἕτοιμοι ἐλθεῖν ἐπὶ σὲ εἰς πόλεμον. καὶ ἐπορεύθη ἰούδας εἰς συνάντησιν αὐτῶν. 40 ‡ Εἶπε δὲ τιμόθεος τοῖς ἄρχουσι δυνάμεως αὐτοῦ· ἐν τῷ ἐγγίζειν ἰούδαν καὶ τὴν παρεμβολὴν αὐτοῦ ἐπὶ τὸν χειμάρρου ἔδαφος, ἐὰν διαβῇ πρὸς ἡμᾶς πρῶτος, οὐ δυνησόμεθα ἰσχύσαι αὐτόν. ὅτι δυνατὸς δυνήσεται πρὸς ἡμᾶς. 41 ‡ ἐὰν δὲ φοβηθῇ καὶ παρεμβάλῃ πέραν τοῦ ποταμοῦ, διαπερασόμεθα πρὸς αὐτὸν καὶ δυνησόμεθα πρὸς αὐτόν. 42 ‡ ὡς δὲ ἤγγισεν ἰούδας ἐπὶ τὸν χειμάρρου ἔδαφος, ἔστησε τοὺς γραμματεῖς τοῦ λαοῦ ἐπὶ τοῦ χειμάρρου, καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς λέγων· μὴ ἀφῆτε πάντα ἄνθρωπον παρεμβαλεῖν, ἀλλ' ἐρχέσθωσαν πάντες εἰς τὸν πόλεμον. 43 ‡ καὶ διεπέρασεν ἐπ' αὐτοὺς πρότερος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὀπίσω αὐτοῦ. καὶ συνετρίβησαν πρὸ προσώπου αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη τὰ κυκλῳ, καὶ ἔρριψαν τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ ἔφυγον εἰς τὸ τέμενος τὸ καρναίν. 44 ‡ καὶ προσκατέλαβον τὴν πόλιν καὶ τὸ τέμενος ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ σὺν πᾶσι τοῖς οὖσιν αὐτῷ· καὶ ἐταπεινώθη ἡ καρναίν, καὶ οὐκ ἐδυνάσθη ἔτι στῆναι κατὰ πρόσωπον ἰούδα. 45 ‡ καὶ συνήγαγεν ἰούδας πάντα ἰσραὴλ ὃσοι ἦσαν ἐν τῇ γαλααδίτιδι ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου σὺν ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν καὶ τὴν ἀποσκευὴν παρεμβολὴν μεγάλην σφόδρα, ἐλθεῖν εἰς γῆν ἰούδα. 46 ‡ καὶ ἦλθον ἕως ἐφρών, καὶ αὕτη ἡ πόλις μεγάλη ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ ὀχυρὰ σφόδρα. οὐκ ἦν ἐκκλῖναι ἀπ' αὐτῆς δεξιὰν ἢ ἀριστερά, ἀλλὰ διαμέσου αὐτῆς πορεύεσθαι. 47 ‡ καὶ ἀπέκλεισαν αὐτοὺς οἱ ἐν τῇ πόλεως.

38 ‡ Et misit Iudas ad considerandum castra, & renunciauerunt ei dicẽtes: Congregatæ sunt ad eos omnes gentes quæ in circuitu nostro, exercitus multus valde.

39 ‡ Et Arabes conduxit in auxilium illis, & castra metantur trans torrentem, parati venire ad te in bellum. Et abiit Iudas in occursum illorum.

40 ‡ Et dixit Timotheus principibus exercitus eius: Cùm appropinquauerit Iudas et castra eius ad torrentem aquæ, si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, quoniam potens poterit aduersum nos.

41 ‡ Si autẽ timuerit, & posuerit castra vltra fluuium, transibimus ad eũ, & poterimus contra illum.

42 ‡ Vt autem appropinquauit Iudas ad torrẽtem aquæ, statuit scribas populi in torrente, & præcepit eis dicens: Nõ dimittatis omnem hominẽ castra metari, sed veniant omnes ad bellũ.

43 ‡ Et trãsiuit contra eos prior, & omnis populus eius post eum. Et contritæ sunt ante faciẽ eius omnes gentes, & proiecerũt arma sua, & fugerunt in lucum in Carnaim.

44 ‡ Et ceperunt vrbem & lucum succenderunt in igne cum omnibus quæ in illo. Et oppressa est Carnaim, & non potuerunt vltrà sustinere contra faciem Judæ.

45 ‡ Et congregauit Judas omnem Israel qui in Galaaditide à paruo vsque ad magnum, & mulieres eorum, et filios eorum, & sarcinas, castra magna valde, vt venirent in terram Iuda.

46 ‡ Et venerũt vsq; ad Ephron, & hæc vrbs magna in introitu munita valde. Non erat declinare ab ea ad dextram vel sinistram, sed per medium eius ire.

47 ‡ Et incluserunt eos qui de ciuitate.

42 ‡ Et obstruxerunt portas lapidibus. ‡ Et misit ad eos Judas sermonibus pacificis, dicēs:

49 ‡ Transibo per terram tuam, vt abeamus in terram nostram, & nullus malefaciet vobis, sed pedibus transibimus: & nō voluerunt aperire ei.

50 ‡ Et iussit Judas prædicare in castris, vt castra ponerent vnusquisque in quo est loco. Et castrametati sunt viri exercitus, & oppugnauerunt vrbem totā die illa & tota nocte; et tradita est vrbs in manibus eius.

51 ‡ Et occidit omnē masculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per ciuitatem super occisos, & transierunt Iordanem in campum magnum contra faciē Bethsan.

52 ‡ Et erat Judas congregans extremos, & adhortans populū per totam viam, donec venit in terram Juda.

53 ‡ Et ascenderunt in montem Sion in lætitia et gaudio. Et adduxerunt holocausta; quia nō cecidit de eis vllus donec reuersi sunt in pace.

54 ‡ Et in diebus quibus erat Judas & Ionathas in Galaad, & Simon frater eius in Galilea contra faciem Ptolemaidis.

55 ‡ Audiuit Joseph filius Zacharie, & Azarias principes exercitus facinora & prælium qualia fecerant, & dixerunt:

56 ‡ Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus ad pugnandum contra gentes quæ in circuitu nostro. ‡ Et præceperunt his qui de exercitu qui cum illis, & abierunt in Jamniam.

57 ‡ Et exiuit Gorgias de ciuitate, et viri eius in occursum eis in bellum.

58 ‡ Et fugatus est Josephus & Azarias, & persecutionem sunt passi vsq; ad terminos Judææ. Et ciderunt in die illo de populo Israel ad duo mille viros: & facta est fuga magna in populo Israel.

48 ‡ καὶ ἐνέφραξαν τὰς πύλας λί-
49 θοις. ‡ καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς
Ἰούδας λόγοις εἰρηνικοῖς λέγων·

50 ‡ διελεύσομαι διὰ τῆς σε ἔ ἀ-
πελθεῖν εἰς τὴν γῆν ἡμῶν. καὶ οὐδεὶς κα-
κοποιήσει ὑμᾶς, πλὴν τοῖς ποσὶ παρελευσόμεθα. καὶ οὐκ ἠθέλησε θοῖ-
51 ξαι αὐτῷ. ‡ καὶ ἐπέταξεν Ἰούδας κηρύ-
ξαι ἐν τῇ παρεμβολῇ ἕ παρεμβα-
λεῖν ἕκαστον ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ. ἐ παρεμέ-
βαλον ⸗ ἄνδρες ἕ δυνάμεως, καὶ
ἐπολέμησαν τὴν πόλιν ὅλην τὴν ἡ-
μέραν ἐκείνην ἐ ὅλην τὴν νύκτα. καὶ
παρεδόθη ἡ πόλις ἐν χερσὶν αὐτῶ.

52 ‡ καὶ ἀπώλεσε πᾶν ἄρσενικὸν ἐν
στόματι ῥομφαίας, καὶ ἐξερίζωσεν
αὐτὴν. καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῆ. καὶ
διῆλθε διὰ τῆς πόλεως ἐπάνω τῶν ἀ-
πεκταμένων. ἐ διέβησαν τὸν Ἰορδάνην
εἰς τὸ πεδίον τὸ μέγα κατὰ πρόσωπον
53 Βαιθσάν. ‡ ἐ ἦν Ἰούδας ἀπισυ-
άγων ὀπίσω ἐξαλίζοντας ἐ παρακαλῶν
τὸν λαὸν κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδόν, ἕως οὗ
54 ἦλθεν εἰς γῆν Ἰούδα. ‡ καὶ ἀνέβησαν
εἰς τὸ ὄρος Σιὼν ἐν εὐφροσύνῃ καὶ χα-
ρᾷ. καὶ προσήγαγον ὁλοκαυτώματα,
ὅτι οὐκ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν ἕως οὗ
55 ἀπεστράφησαν ἐν εἰρήνῃ. ‡ καὶ ἐν ταῖς
ἡμέραις αἷς ἦν Ἰούδας κ Ἰωνάθαν ἐν
τῇ Γαλααδῖ, καὶ Σιμὼν ὁ ἀδελφὸς
αὐτοῦ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κατὰ πρόσω-
56 που Πτολεμαΐδος. ‡ ἤκουσεν Ἰωσὴφ
ὁ τοῦ Ζαχαρίου καὶ Ἀζαρίας ἄρχον-
τες τῆς δυνάμεως τῶν ἀνδραγαθιῶν
καὶ τοῦ πολέμου οἷα ἐποίησαν, καὶ εἶ-
57 παν. ‡ ποιήσωμεν καὶ αὐτοὶ ἑαυτοῖς
ὄνομα. καὶ πορευθῶμεν πολεμῆσαι
πρὸς τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ ἡμῶν.

58 ‡ καὶ παρήγειλαν τοῖς ὑπὸ τῆς
δυνάμεως τῆς μετ' αὐτῶν. καὶ ἐπο-
59 ρεύθησαν εἰς Ἰαμνίαν. ‡ καὶ ἐξῆλ-
θε Γοργίας ἐκ τῆς πόλεως, ἐ οἱ ἄν-
δρες αὐτῶ εἰς συνάντησιν αὐτοῖς εἰς
60 πόλεμον. ‡ ἐ ἐτροπώθη Ἰώσηφος ἐ
Ἀζαρίας καὶ ἐδιώχθησαν ἕως τῶν ὁ-
ρίων Ἰουδαίας. ἐ ἔπεσον ἐν τῇ ἡμέρᾳ
ἐκείνῃ ἐκ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς δι-
χιλίους ἄνδρας, ἐ ἐγένετο πτῶσις με-
γάλη ἐν τῷ λαῷ Ἰσραήλ.

61 ‡ Quia non audierunt Judā & fratres eius, existimantes fortiter se facturos.

62 ‡ Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.

63 ‡ Et viri Iuda magnificati sunt valde in cōspectu omnis Israel & gētiū omnium, vbi audiebatur nomen eorum.

64 ‡ Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes.

65 ‡ Et exiuit Judas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra quæ ad Austrū est, & percussit Chebron & filias eius, & muros eius & turres eius succendit igni in circuitu.

66 ‡ Et mouit castra vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam.

67 ‡ In die illa ceciderunt sacerdotes in bello dum volūt fortiter facere, dum sine cōsilio exeunt in prœlium.

68 ‡ Et declinauit Judas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & spolia deorum suorū succendit igni, & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda.

61 ‡ ὅτι οὐκ ἤκουσαν Ἰούδα κ τῶν ἀδελ-
φῶν αὐτοῦ, οἰόμενοι καλῶς ποιῆσαι.

62 ‡ αὐτοὶ δὲ οὐκ ἦσαν ἐκ σπέρ-
ματος ἀνδρῶν ἐκείνων οἷς ἐδόθη
σωτηρία ἐν χειρὶ αὐτῶν.

63 ‡ καὶ ὁ ἀνὴρ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ
αὐτοῦ ἐδοξάσθησαν σφόδρα ἐν παντὶ
Ἰσραὴλ ἐ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐφ' οὓς
ἦκούσθη τὸ ὄνομα αὐτῶν. ‡ καὶ συνῆ-
64 γοντο πρὸς αὐτοὺς εὐφημοῦντες. ‡ καὶ
65 ἐξῆλθεν Ἰούδας ἐ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ,
ἐ ἐπολέμουν τοὺς υἱοὺς Ἠσαὺ ἐν τῇ γῇ
τῇ πρὸς νότον, καὶ ἐπάταξε τὴν χε-
ρσὸν κ τὰς θυγατέρας αὐτῆς. ‡ καὶ
66 καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα αὐτῆς, καὶ τοὺς
πύργους αὐτῆς ἐνέπρησε κυκλόθεν. καὶ
ἀπῆρε ἕ πορεύθη Ἰδουμαίαν εἰς γῆν ἀλλο-
φύλων, καὶ διεπορεύθη τὴν Σαμά-
ρειαν.

67 ‡ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔπεσον ἱερεῖς
πόλεως ἐκλωμῦς αὐτῶ αὐθαδιασθῆ-
ναι ἐν τῷ αὐτὸν ἐξελθεῖν εἰς πόλε-
μον ἀβουλήτως.

68 ‡ καὶ ἐξέκλινεν Ἰούδας εἰς ἄζω-
τον γῆν ἀλλοφύλων, καὶ καθεῖλε τοὺς
βωμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν
θεῶν αὐτῶν κατέκαυσε πυρί, ἐ ἐσκύ-
λευσε τὰ σκῦλα τῶν πόλεων, καὶ ἐ-
πέστρεψεν εἰς τὴν γῆν Ἰούδα.

CAP. VI.

1 ET rex Antiochus perambulauit superiores regiones A
nes. Et audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Perside nobiliſſimam & copioſam in argento & auro.

2 ‡ Templumque in ea locuples valde, & illic velamina aurea, & loricæ & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Græcia.

3 ‡ Et venit & quærebat capere ciuitatem & deprædari eam & non potuit, quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate.

4 ‡ Et insurrexerunt in prœlium & fugit inde, & abiit cum triſtitia magna, & reuersus est in Babyloniam.

5

1 ‡ Καὶ ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος ὁ
διεπορεύετο τὰς ἐπάνω χώρας, καὶ
ἤκουσεν ὅτι ἔστιν ἐν ἐλύμαις ἐν τῇ περ-
σίδι πόλις ἔνδοξος πλούτῳ ἀργυρίῳ
καὶ χρυσίῳ.

2 ‡ καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν αὐτῇ πλού-
σιον σφόδρα, καὶ ἐκεῖ καλύμματα
χρυσᾶ καὶ θώρακες καὶ ὅπλα ἃ κα-
τέλιπεν ἐκεῖ Ἀλέξανδρος ὁ Φι-
λίππου βασιλεὺς ὁ Μακεδών, ὃς
ἐβασίλευσε πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησι.

3 ‡ καὶ ἦλθε καὶ ἐζήτει καταλα-
βεῖν τὴν πόλιν καὶ προνοεῖσθαι
αὐτήν, καὶ οὐκ ἠδυνάσθη, ὅτι ἐγνώ-
σθη ὁ λόγος τοῖς ἐν τῇ πόλει.

4 ‡ καὶ ἐπέστησαν αὐτῷ εἰς πόλε-
μον, καὶ ἔφυγε καὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν
μετὰ λύπης μεγάλης καὶ ἀπορρέψαι εἰς
Βαβυλῶνα.

61 ‡ Quoniam non audierunt Judam & fratres suos putātes fortiter se facere.

62 ‡ Ipſi autem non erant de semine virorum illorum, quibus data est salus Israel per manum eorum.

63 ‡ Et vir Judas & fratres eius glorificati sunt valde corā omni Israel, & gentibus omnibus vbi audiebatur nomen eorum.

64 ‡ Et conuenerunt ad eos fausta dicentes.

65 ‡ Et exiit Judas & fratres eius, & oppugnabant filios Esau in terra quæ ad meridiem, & percussit Chebron & filias eius.

66 ‡ Et destruxit munitionem eius, & turres eius combussit in circuitu. Et profectus est vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam.

67 ‡ In die illa ceciderunt sacerdotes vrbium volente illo fortiter facere, dum ipse egreditur in bellum sine consilio.

68 ‡ Et declinauit Judas in Azotum terram alienigenarum, & destruxit aras eorum, & sculptilia deorum illorum succendit igne, & spoliauit spolia vrbium, & reuersus est in terram Juda.

CAP. VI.

1 ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, et audiuit quòd est in Elymis in in Perside ciuitas glorioſa diuitiis argento & auro.

2 Et templum quod in ea opulentum valde, & illic velamina aurea, & loricæ, & arma quæ reliquit illic Alexāder filius Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcis.

3 ‡ Et venit & quærebat capere ciuitatem & deprædari eam, & non potuit; quoniam cognitus est sermo his qui de ciuitate.

4 ‡ Et insurrexerunt contra eum in bellū. Et fugit, et profectus est illinc cum triſtitia magna vt reuerteretur in Babylonem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Et venit nuntians quidam ei in Perſidē, quòd fugata erant caſtra quæ iuerant in terram Juda.*

‡ *Et iuit Lyſias cum exercitu forti in primis, & fugatus eſt à facie eorum. Et inualuerunt armis, & exercitu, & ſpoliis multis, quæ ceperunt à caſtris quæ exciderunt.*

‡ *Et diruerunt abominationem quam ædificauit in altari quod in Hieruſalem, & ſanctuarium ſicut prius circundederūt muris altis, & Bethſuram ciuitatem ſuam.*

‡ *Et factum eſt vt audiuit rex ſermones iſtos, expauit & commotus eſt valde, & cecidit in lectum, & incidit in infirmitatem præ triſtitia; quoniam non eſt factum ei ſicut cogitauerat.*

‡ *Et fuit illic dies plures, quoniam renouata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt quòd moritur.*

‡ *Et vocauit omnes amicos ſuos, & dixit ad eos: Recedit ſomnus ab oculis meis, & corrui corde præ ſollicitudine.*

‡ *Et dixi corde, Vſque ad quam tribulationem veni, & fluctum magnum in quo nunc ſum, quoniam probus & dilectus fui in dominio meo!*

‡ *Nunc autem recordor malorum quæ feci in Hieruſalem, & accepi omnia vaſa aurea & argentea quæ in ea, & miſi auferre habitantes Juda ſine cauſa.*

‡ *Cognoui quòd cauſa horum inuenerunt me mala hæc. Et ecce pereo triſtitia magna in terra aliena.*

‡ *Et vocauit Philippum vnum amicorum ſuorum, & conſtituit eum ſuper omne regnum ſuum.*

‡ *Et dedit ei diadema, & veſtem ſuam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium ſuum, & nutriret eum vt regnaret.*

5 ‡ καὶ ἦλθεν ἀπαγγέλων τὶς αὐτῷ εἰς τὴν περσίδα, ὅτι τετρόπωται αἱ παρεμβολαὶ αἱ πορευθεῖσαι εἰς γῆν ἰούδα. ‡ καὶ ἐπορεύθη λυσίας δυνάμει ἰσχυρᾷ ἐν πρώτοις, καὶ ἀνεστράφη ὑπὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ ἐτράπη καὶ ἔφυγεν ὅπλοις καὶ ἰσχύι καὶ σκύλοις πολλοῖς οἷς ἔλαβον ὑπὸ τῶν παρεμβολῶν ὧν ἐξέκοψαν.

7 ‡ καὶ καθεῖλον τὸ βδέλυγμα ὃ ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ τὸ ἁγίασμα καθὼς τὸ πρότερον ἐκύκλωσαν τείχεσιν ὑψηλοῖς, καὶ τὴν βαιθσούραν πόλιν αὐτοῦ.

8 ‡ καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τούτους, ἐθαμβήθη καὶ ἐσαλεύθη σφόδρα. καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν κοίτην, καὶ ἐνέπεσεν εἰς ἀρρωστίαν, ὑπὸ τῆς λύπης, ὅτι οὐκ ἐγένετο αὐτῷ καθὼς ἐνεθυμεῖτο.

9 ‡ καὶ ὧδε ἐκεῖ ἡμέρας πλείους, ὅτι ἀνεκαινίσθη ἐπ' αὐτὸν λύπη μεγάλη, καὶ ἐλογίσατο ὅτι ἀποθνήσκει.

10 ‡ καὶ ἐκάλεσε πάντας τοὺς φίλους αὐτοῦ, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· ἀφίσταται ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ ἐμπέπτωκα τῇ καρδίᾳ ἀπὸ τῆς μεριμνης. ‡ καὶ εἶπα τῇ καρδίᾳ, ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον καὶ κλύδωνος μεγάλου ἐν ᾧ νῦν εἰμί, ὅτι χρηστὸς καὶ ἀγαπώμενος ἤμην ἐν τῇ ἐξουσίᾳ μου.

12 ‡ νῦν δὲ μεμνήσκομαι τῶν κακῶν ὧν ἐποίησα ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ἔλαβον πάντα τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξαπέστειλα ἀδίκως τοὺς κατοικοῦντας ἰούδα ἀκαιρῶς.

13 ‡ ἔγνων ὅτι χάριν τούτων εὗρόν μου κακὰ ταῦτα. καὶ ἰδοὺ ἀπόλλυμαι λύπῃ μεγάλῃ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ.

14 ‡ καὶ ἐκάλεσε φίλιππον ἕνα τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

15 ‡ καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ διάδημα, καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ καὶ τὸ δακτύλιον τοῦ ἀσπάσεσθαι ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνθρέψαι αὐτὸν τοῦ βασιλεύειν.

5 ‡ Et venit qui nuntiaret ei in Perſide, quia fugata ſunt caſtra quæ erant in terra Iuda.

6 ‡ Et quia abiit Lyſias cum virtute forti in primis, & fugatus eſt à facie Iudæorū, & inualuerunt armis & viribus & ſpoliis multis quæ ceperunt de caſtris quæ exciderunt.

7 ‡ Et quia diruerūt abominationem quam ædificauerant ſuper altare quod erat in Hieruſalem & ſanctificationem ſicut prius circundederunt muris excelſis, ſed & Bethſuram ciuitatem ſuam.

8 ‡ Et factum eſt vt audiuit rex ſermones iſtos, expauit & cōmotus eſt valde, & decidit in lectum & incidit in languorem præ triſtitia, quia non eſt factum ſicut cogitabat.

9 ‡ Et erat illic per dies multos, quia renouata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe mori.

10 ‡ Et vocauit omnes amicos ſuos, & dixit illis: Recedit ſomnus ab oculis meis, & concidi & corrui corde præ ſollicitudine.

11 ‡ Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus miſtitiæ in qua nunc ſum, qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea!

12 ‡ Nunc verò reminiſcor malorum quæ feci in Hieruſalem, vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iudæam ſine cauſa.

13 ‡ Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala iſta, & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena.

14 ‡ Et vocauit Philippum vnum de amicis ſuis, & preposuit eum ſuper vniuerſum regnum ſuum.

15 ‡ Et dedit ei diadema, & ſtolam ſuam & annulum, vt adduceret Antiochum filium ſuum, & nutriret eum & regnaret.

16 ‡Et mortuus eſt illic Antiochus rex, anno centeſimo quadrageſimo nono.

17 ‡Et cognouit Lyſias quoniam mortuus eſt rex, & cōſtituit regnare Antiochum filium eius quem nutriuit adoleſcentem, & vocauit nomen eius Eupatorem.

18 ‡Et hi qui erāt in arce cōcluſerāt Iſrael in circuitu ſan Ctorū, & quærebant eis mala ſemper ad firmamentū gentium.

19 ‡Et cogitauit Iudas diſperdere eos, & conuocauit vniuerſum populum vt obſiderent eos.

20 ‡Et cōuenerunt ſimul, & obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo, & fecerunt baliſtas & machinas.

21 ‡ Et exierunt quidam ex eis qui obſidebantur, & adiunxerūt ſe illis aliqui impij ex Iſrael, & abierūt ad regem & dixerunt.

22 ‡Quouſq; non facis iudicium & vindicas fratres noſtros?

23 ‡Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obſequi edictis eius & filij populi noſtri.

24 ‡Propter hæc alienabant ſe à nobis. Et quicunq; inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hereditates noſtræ diripiebantur.

25 ‡Et non ad nos tantum extenderunt manum, ſed in omnes fines noſtros.

26 ‡Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in Hieruſalem occupare eam, & munitionē in Bethſuram munierunt.

27 ‡Et niſi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos.

28 ‡Et iratus eſt rex vt hæc audiuit, & conuocauit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui & eos qui ſuper equites erant.

29 ‡Sed & de regnis aliis & de inſulis maritimis venerunt ad eum exercitus cōductitius.

16 ‡ καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖ ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἐνιαυτοῖς τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ. ‡ καὶ ἐπέγνω λυσίας ὅτι τέθνηκεν ὁ βασιλεύς, καὶ κατέστησε βασιλεύειν ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, ὃν ἐξεθρεψε νεώτερον, καὶ ἐπάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐπάτωρ. ‡ καὶ οἱ ὄντες ἄκρας ἦσαν συγκλείοντες τὸν ἰσραὴλ κύκλῳ τῶν ἁγίων καὶ ζητοῦντες τὰ κακὰ διόλου καὶ ἐνέδρας τοῖς ἔθνεσι.

19 ‡ καὶ ἐλογίσατο ἰούδας ἐξᾶραι αὐτούς. καὶ ἐξεκλησίασε πᾶσαν τὸν λαὸν τοῦ πολεμῆσαι ἐπ' αὐτούς.

20 ‡ καὶ συνήχθησαν ἅμα, καὶ ἐπολιόρκησαν αὐτοὺς ἔτους πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, καὶ ἐποίησεν ἐπ' αὐτοὺς βελοστάσεις καὶ μηχανάς. ‡ καὶ ἐξῆλθον ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς συγκλεισμοῖς, καὶ ἐκολλήθησαν αὐτοῖς τινὲς τῶν ἀνομῶν ἐξ ἰσραήλ, καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ εἶπαν.

22 ‡ ἕως πότε οὐ ποιήσῃ κρίσιν, καὶ ἐκδικήσεις τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν;

23 ‡ ἡμεῖς διελογισάμεθα διαθεῖναι τῷ πατρί σου καὶ πορεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις καὶ κατακολουθεῖν τοῖς προσταγμασιν αὐτοῦ, ὅτι οἱ υἱοὶ λαοῦ τούτου ‡ χάριν τούτου ἠλλοτριώθησαν ἀφ' ἡμῶν. πολλοὺς οὓς ἐθανατώσαμεν ἀφ' ἡμῶν ἐθανατώθησαν, καὶ ἀκληρονομίαι ἡμῶν διηρπάζοντο. ‡ καὶ οὐκ ἐφ' ἡμᾶς μόνον ἐξέτεινεν χεῖρα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ὅρια αὐτῶν.

26 ‡ καὶ ἰδοὺ παρεμβεβλήκασι σήμερον ἐπὶ τὴν ἄκραν ἱερουσαλήμ, τοῦ καταλαβέσθαι αὐτὴν καὶ τὸ ἁγίασμα, καὶ τὴν βαιθσοῦραν ὠχύρωσαν. ‡ καὶ ἐὰν μὴ προκαταλάβῃ αὐτοὺς διαταχύς, μείζονα τούτων ποιήσουσι, καὶ οὐ δυνήσῃ τοῦ κατασχεῖν αὐτούς.

28 ‡ καὶ ὠργίσθη ὁ βασιλεύς, ὅτε ἤκουσε, καὶ συνήγαγε πάντας τοὺς φίλους αὐτοῦ ἄρχοντας δυνάμεως αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἱππέων.

29 ‡ καὶ ὅτι βασιλέων ἑτέρων καὶ ὅτι νήσων θαλασσῶν ἦλθον πρὸς αὐτὸν συνάμεις μισθωταί.

16 ‡ Et mortuus eſt illic Antiochus rex anno nono & quadrageſimo & centeſimo.

17 ‡ Et cognouit Lyſias quòd mortuus eſt rex, & conſtituit vt regnaret Antiochus filius eius pro eo, quē nutriuit iuniorem, & vocauit nomen eius Eupator.

18 ‡ Et qui de arce erant concludentes Iſrael in circuitu ſanctorum, & quærentes mala ſemper, & firmamentum gentibus.

19 ‡ Et cogitauit Iudas diſperdere eos, & congregauit vniuerſum populum vt obſideret in eos.

20 ‡ Et congregati ſunt ſimul, et obſederunt in eos anno quinquageſimo & centeſimo; & fecit contra eos baliſtas & machinas.

21 ‡ Et exierunt de eis de loco obſeſſo, & adhæſerunt eis quidam ex impiis de Iſrael, et abierunt ad regem, & dixerunt:

22 ‡ Vſquequò non facies iudicium, & vlciſceris fratres noſtros?

23 ‡ Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in his quæ ab eo dicebātur, et obedire præceptis eius, quoniam qui ſunt populi huius, ‡ cauſa huius alienabantur à nobis. Verùm qui inueniebantur ex nobis, occidebantur, & poſſeſſiones noſtræ diripiebantur. ‡ Et nō contra nos ſolùm extenderunt manum, ſed & contra omnes terminos noſtros. ‡ Et ecce caſtra metati ſunt hodie contra arcem Hieruſalem vt capiant illam & ſanctum, & Bethſuram munierunt.

27 ‡ Et ſi non præueneris eos velociter, maiora his facient, & non poteris obtinere eos.

28 ‡ Et iratus eſt rex, quando audiuit; & congregauit omnes amicos ſuos, principes exercitus ſui, & eos qui ſuper equites.

29 ‡ Et à regibus aliis & ab inſulis maris venerunt ad eum exercitus conductitij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

30 ‡ Et erat numerus exercituum eius centum millia pedituũ, & viginti millia equitum, & elephantes duo & triginta doćti ad bellum.

30 ‡ Ὁ δὲ ἀριθμὸς τῶν δυναμέων αὐτῶ ἑκατὸν χιλιάδες πὸν πεζῶν, καὶ εἴκοσι χιλιάδες ἱππέων, & ἐλέφαντες δύο καὶ τεσσαράκοντα εἰδότες πόλεμον.

30 Dtus eius centum millia peditũ, & viginti millia equitũ, & elephanti triginta duo ad huc ad prœliũ.

31 ‡ Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerũt ad dies multos, & fecerunt machinas; & exierunt et cõbusserunt eas in igne, & pugnauerunt fortiter.

31 ‡ καὶ ἦλθοσαν διὰ τῆς ἰδουμαίας, καὶ παρενέβαλοσαν πρὸ βαιθσύρων, καὶ ἐπολέμησαν πρὸ ἡμέρας πολλὰς, καὶ ἐποίησαν μηχανὰς, καὶ ἐξῆλθον καὶ ἐνεπύρισαν αὐτὰς ἐν πυρί, καὶ ἐπολέμησαν γενναίως.

31 Et ueniunt per Idumæam & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerũt machinas & exierunt & succenderunt eas igni, & pugnauerunt uiriliter.

32 ‡ Et recessit Judas ab arce, et mouit castra ad Bethzacharia contra castra regis.

32 ‡ καὶ ἀπῆρεν ἰούδας ἀπὸ τῆς ἄκρας, καὶ παρενέβαλεν εἰς βαιθζαχαρία ἀπέναντι τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως.

32 Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam contra castra regis.

33 Et surrexit rex mane, & cõcituit exercitũ in impetu eius contra viam Bethzacharia, & diuisi sunt exercitus in prœliũ, & cecinerunt tubis.

33 ‡ καὶ ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς πρωῒ, καὶ ἀπῆρε τὴν παρεμβολὴν ἐν ὁρμήματι αὐτῆς κατὰ τὴν ὁδὸν βαιθζαχαρία, καὶ διεσκεδάσθησαν αἱ δυνάμεις πρὸ πολέμου, καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι.

33 ‡ Et surrexit rex ante lucẽ & concitauit exercitus in impetum contra uiam Bethzacharam. Et comparauerunt se exercitus in prœlium, & tubis cecinerunt.

34 Et elephantis ostenderunt sanguinem uuæ & mororũ ut acuerent eos in prœlium.

34 ‡ καὶ τοῖς ἐλέφασιν ἔδειξαν αἷμα σταφυλῆς καὶ μόρων τοῦ παρασῆσαι αὐτοὺς εἰς πόλεμον.

34 ‡ Et elephantis ostenderunt sanguinem uuæ & mororũ ad acuẽdos eos in prœlium.

35 Et diuiserũt bestias per phalanges, & statuerunt cuilibet elephanti mille viros loricatos in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorũ, & quingenti equites ordinati, cuilibet bestiæ electi.

35 ‡ καὶ διεῖλον τὰ θηρία εἰς τὰς φάλαγγας, καὶ παρέστησαν ἑκάστῳ ἐλέφαντι χιλίους ἄνδρας τεθωρακισμένους ἐν ἁλυσιδωτοῖς, καὶ περικεφαλαίαν χαλκᾶν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν, καὶ πεντακοσίους ἵππους διαλελεγμένους, ἑκάστῳ θηρίῳ ἐκλελεγμένους.

35 ‡ Et diuiserunt bestias per legiones, & astiterunt singulis elephantis mille uiri loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum, & quingenti equites ordinati, uniuique bestiæ electi sunt.

36 Hi ante tẽpus vbi erat bestia, erant, & quocunque ibat, ibãt simul, nõ discedebant ab eo.

36 ‡ Ὅτι ὅπου καιρὸν ἐὰν ἦν τὸ θηρίον ἦσαν, καὶ ἐὰν ἐπορεύετο, ἐπορεύοντο ἅμα, οὐκ ἀφίσταντο ἀπ' αὐτοῦ.

36 ‡ Hi ante tempus ubicunque erat bestia, ibi erant, & quocunque ibat, ibant, & non discedebant ab ea.

37 Et turres ligneæ super ipsos munitæ protegentes in qualibet bestia accinctæ super ea machinis: & super qualibet viri duo & triginta pugnantes in eis, & Indus eius.

37 ‡ Οἱ δὲ πύργοι ξύλινοι ἐπ' αὐτὲς ὀχυρωσὶ σκεπαζόμενοι ἐφ' ἑκάστῳ θηρίῳ ἐζωσμένοι ἐπ' αὐτῷ μηχαναῖς, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ ἄνδρες δύο καὶ τεσσαράκοντα οἱ πολεμοῦντες ἐπ' αὐτῆς, & ὁ ἰνδὸς αὐτοῦ.

37 Sed & turres ligneæ superpositæ per eos firmæ protegentes super singulas bestias & ipsas per eas machinę. Et super singulas viri uirtutis triginta duo qui pugnabãt desuper, & intus magister bestiæ.

38 Et residuum hinc & inde constituerũt in duas partes castrorum concutientes & obturati in vallibus.

38 ‡ Τὸ δὲ λοιπὸν ὅθεν & ὅθεν ἔκλιναν ἐπὶ τὰ δύο μέρη τῆς παρεμβολῆς καὶ κατασείοντες καὶ καταφερόμενοι ἐν ταῖς φάραγξιν.

38 ‡ Et residuum equitatus hinc, & inde statuit in duas partes, tubis exercitum concitare & perurgere contra paros in legionibus eius.

39 Vt autem fulsit sol in aureos clypeos, resplenduerunt mõtes ab eis, & resplenduerũt vt lampades ignis.

39 ὡς δὲ ἔσηλθεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὰς χρυσᾶς ἀσπίδας ἔσηλθεν τὰ ὄρη ἀπ' αὐτῶν, & κατεμύγαζεν ὡς λαμπάδες πυρός.

39 ‡ Et ut refulsit sol in aureos clypeos & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis.

40 Et extensa fuit pars quædã castrorum regis ad altos montes, & aliqui ad humilia, & ibant cautè & ordinatè.

40 ‡ καὶ ἐξελάθη μέρος τι τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ὄρη, καί τινες ἐπὶ τὰ ταπεινά. & ἤρχοντο ἀσφαλῶς & τεταγμένως.

40 ‡ Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia, & ibant cautè & ordinatè.

41 Et cõmouebantur omnes inhabitãtes terrã à voce multitudinis eorum, & incessu turbæ & collisione armorum, erat enim exercitus magnus valde & fortis.

41 ‡ καὶ ἐσαλεύοντο πάντες οἱ ἀκούοντες φωνῆς πλήθους αὐτῶν καὶ ὁδοιπορείας & πλήθος καὶ συγκρασμὸς τῶν ὅπλων. ἦν γὰρ παρεμβολὴ μεγάλη σφόδρα & ἰσχυρά.

41 ‡ Et commouebantur omnes audientes uocem multitudinis eorum, & incessum multitudinis, & collisionem armorũ; erat enim exercitus magnus valde et fortis.

42 Et appropiauit Iudas & exercitus eius in prœlium, & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri.

42 ‡ καὶ ἤγγισεν ἰούδας & παρεμβολὴ αὐτοῦ εἰς πρόσταξιν, καὶ ἔπεσον ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς & βασιλέως ἑξακόσιοι ἄνδρες.

42 ‡ Et appropinquauit Judas & castra illius in prœlium, & ceciderunt ab exercitu regis sexcenti uiri.

43 Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias. Et visum est ei quòd in ea esset rex.

43 ‡ καὶ εἶδεν ἐλεάζαρος αὐαράν σὺν τῶν θηρίων τετωρακισμένων θώραξι βασιλικοῖς, καὶ ὑπερέχον πάντα τὰ θηρία & ὤφθη ὅτι ἐν αὐτῷ ἐστιν ὁ βασιλεύς.

43 ‡ Et uidit Eleazarus filius Auaran unam de bestiis loricatam loricis regalibus, & erat supereminens omnes bestias. Et uisum est quòd in illa est rex.

44 Et dedit se vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.

44 ‡ καὶ ἐδόκησεν ἑαυτὸν & σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι ἑαυτῷ ὄνομα αἰώνιον.

44 ‡ Et dedit se ut liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.

45 Et irruit in eam audacter in medio legionis interficiẽs à dextris & sinistris. Et cadebant ab eo huc atq; illuc.

45 ‡ καὶ ἐπέδραμεν αὐτῷ θράσει εἰς μέσον τῆς φάλαγγος, καὶ ἐθανάτα δεξιὰ καὶ εὐώνυμα, καὶ ἐχίζοντο ἀπ' αὐτοῦ ἔνθα & ἔνθα.

45 ‡ Et irruit in eam audaćter in mediũ phalangis, & interficiebat à dextra et sinistra, & scissi sunt ab eo hinc & hinc.

46 Et iuit sub pedes elephantis, & suppositus se ei, & occidit eũ, & cecidit in terrã super ipsum, & mortuus est illic.

46 ‡ καὶ εἰσῆλθεν ὑπὸ τὸν ἐλέφαντα, καὶ ὑπέστρωσεν αὐτῷ, καὶ ἔκλεινεν αὐτὸν, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖ.

46 ‡ Et subiit sub elephantem, & suppositus se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic.

47 Et viderunt fortitudinẽ regni & impetum exercituũ, & declinauerunt ab eis.

47 ‡ καὶ εἶδον τὴν ἰσχὺν τῆς βασιλείας καὶ τὸ ὁρμημα τῶν δυνάμεων, καὶ ἐξέκλιναν ἀπ' αὐτῶν.

47 ‡ Et uiderunt fortitudinẽ regni & impetum exercituũ, & declinauerunt ab eis.

48 Qui autẽ de castris regis, ascenderunt in occursum eorum in Hierusalem. Et castra metatus est rex contra Judæam & in montem Sion.

48 ‡ Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως ἀνέβαινον εἰς συνάντησιν αὐτῶν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ παρενέβαλεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἰουδαίαν & εἰς τὸ ὄρος Σιών.

48 ‡ Qui autẽ de castrũ regis, ascenderunt in occursum eorum in Hierusalem. Et castra metatus est rex contra Judæam & in montem Sion.

49 Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura, & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta concluſis, quia sabbata erant terræ.

49 ‡ καὶ ἐποίησεν εἰρηνεύειν μετὰ τῶν ἐν βαιθσύροις. καὶ ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῖς ἐκεῖ διατροφὴ τοῦ συγκεκλεῖσθαι ἐν αὐτῇ, ὅτι σάββατον ἦν τῇ γῇ.

49 ‡ Et fecit pacem cum his qui de Bethsura. Et exierunt de ciuitate, quoniam non erant eis illic alimẽta, quia concluſi erant in ea, quia sabbatũ erat in terra.

50 Et cõprehẽdit rex Bethsuram, & cõstituit ibi custodiã seruare eam.

50 ‡ καὶ κατελάβετο ὁ βασιλεὺς τὴν βαιθσύραν, καὶ ἐπέταξεν ἐκεῖ φρουρὰν πρὸς αὐτήν.

50 ‡ Et cepit rex Bethsuram, & constituit ibi custodiam ad seruandum eam.

51 Et posuit castra contra sanctuarium diebus multis. Et statuit illic baliſtas, & machinas, & iacula ignis, & tormẽta ad iaciendos lapides, & scorpiones ad iacienda iacula, & fundas.

51 ‡ καὶ παρενέβαλεν ἐπὶ τὸ ἁγίασμα ἡμέρας πολλάς, & ἔστησεν ἐκεῖ βελοστάσεις καὶ μηχανὰς καὶ πυροβόλα καὶ λιθοβόλα, & σκορπίδια εἰς τὸ βάλλειν βέλη καὶ σφενδόνας.

51 ‡ Et posuit castra contra sanctuarium diebus multis. Et statuit illic baliſtas, & machinas, & iacula ignis, & tormẽta ad iaciendos lapides, & scorpiones ad iacienda iacula, & fundas.

52 Et fecerunt & ipsi machinas contra machinas illorum, et pugnauerunt dies multos.

52 ‡ καὶ ἐποίησαν καὶ αὐτοὶ μηχανὰς κατὰ τὰς μηχανὰς αὐτῶν, καὶ ἐπολέμησαν ἡμέρας πολλάς.

52 ‡ Et fecerunt & ipsi machinas contra machinas illorum, et pugnauerunt dies multos.

53 Cibi autem non erant in vasis; quia septimus annus erat. Et qui liberati fuerant in Judæa de gentibus, comederant reliquias repositionis.

53 ‡ Βρώματα δὲ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀγγείοις, διὰ τὸ ἕβδομον ἔτος εἶναι, & οἱ διασωζόμενοι εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν κατέφαγον τὸ ὑπόλειμμα τῆς περιθέσεως.

tra inimicos nostros. nõ est E
enim hodie sicut heri & nu-
diustertius.

‡ Ecce enim bellũ ex ad- 45
uerso, aqua verò Iordanis
hinc & inde, & ripæ, & palu-
des, & saltus, & non est lo-
cus diuertendi.

44-45 ‡ Nunc ergo clamate in 46
cælum, vt liberemini de ma-
nu inimicorum vestrorum:
& commissum est bellum.

‡ Et extendit Ionathas ma 47
num suam percutere Bacchi
dem, & diuertit ab eo retro.

‡ Et dissiliit Ionathas, & 48
qui cum eo erant in Iorda-
nem, & transnatauerunt ad
eos Iordanem.

‡ Et ceciderunt de parte 49
Bacchidis die illa mille viri.

‡ Et reuersi sunt in Hieru- 50
salem, & ædificauerunt ciui-
tates munitas in Iudæa mu-
nitionem quæ erat in Hieri-
cho, & in Ammaum, & in
Bethoron, & Bethel, & Thã-
natha, & Phara, & Thopo
murtis excelsis, & portis &
seris.

‡ Et posuit custodiam in 51
eis, vt inimicitias exercerent
in Israel.

‡ Et muniuit ciuitatẽ Beth- 52
suram, & Gazaram, & arcẽ,
& posuit in eis auxilia & ap-
paratum escarum.

‡ Et accepit filios princi- 53
pum regionis obsides, & po-
suit eos in arce in Hierusalẽ
in custodiam.

‡ Et anno centesimo quin 54
quagesimo tertio mense se-
cundo præcepit Alcimus de-
strui muros domus sanctæ
interiores, & destrui opera
prophetarum. Et cœpit de- F
struere. ‡ In tẽpore illo per- 55
cussus est Alcimus, & impe-
dita sunt opera illius, & oc-
clusum est os eius, & dissolu-
tus est paralysi, nec vltrà po-
tuit loqui verbũ & mandare
de domo sua.

‡ Et mortuus est Alcimus 56
in tempore illo cum tormen
to magno.

44 ‡ Εἶπεν ἰωνάθαν τοῖς παρ' αὐτοῦ, ἀναστῶμεν νῦν καὶ πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὅ γὰρ ἐστι σήμερον ὡς ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν.

45 ‡ ἰδοὺ γὰρ ὁ πόλεμος ἐξεναντίας ἡμῶν καὶ ἐξόπισθεν ἡμῶν. τὸ μὲν ὕδωρ τοῦ ἰορδάνου ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ ἕλος καὶ δρυμός, οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ἐκκλῖναι.

46 ‡ νῦν οὖν κεκράξατε εἰς τὸν οὐρανόν, ὅπως διασωθῆτε ἀπὸ ἐχθρῶν καὶ σωθῇ ὁ πόλεμος.

47 ‡ καὶ ἐξέτεινεν ἰωνάθαν τὴν χεῖρα αὐτοῦ παίσαι τὸν βακχίδην, καὶ ἐξέκλινεν ἐπ' αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω.

48 ‡ καὶ ἐνεπήδησεν ἰωνάθαν καὶ ④ μετ' αὐτοῦ εἰς τὸν ἰορδάνην, καὶ διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν, καὶ οὐ διέβησαν ἐπ' αὐτοὺς τὸν ἰορδάνην.

49 ‡ καὶ διέπεσον ἀπὸ βακχίδου τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς χιλίους ἄνδρας.

50 ‡ καὶ ἐπέστρεψεν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς ἐν τῇ ἰουδαίᾳ καὶ τὸ ὀχύρωμα τὸ ἐν ἰεριχὼ καὶ τὴν βαιθήλ, καὶ τὴν θαμνασὰ φαρεμθωνὶ καὶ τὴν τεφὼν τείχεσιν ὑψηλοῖς καὶ πύλαις καὶ μοχλοῖς.

51 ‡ καὶ ἔθετο φρουρὰν ἐν αὐτοῖς ἵνα ἐχθραίνειν τῷ ἰσραήλ.

52 ‡ καὶ ὠχύρωσε τὴν πόλιν τὴν ἐν βαιθσὼρα καὶ γαζαρὰ καὶ τὴν ἄκραν. καὶ ἔθετο ἐν αὐτοῖς δυνάμεις καὶ ἐπισκέψεις βρωμάτων.

53 ‡ καὶ ἔλαβε τοὺς υἱοὺς τῶν ἡγουμένων τῆς χώρας ὁμήρους, καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐν ἱερουσαλήμ ἐν φυλακῇ.

54 ‡ καὶ ἔτει τρίτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ, ἐπέταξεν ἀλκιμος καθαιρεῖν τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς τῶν ἁγίων τῆς ἐσωτέρας, καὶ καθεῖλε τὰ ἔργα τῶν προφητῶν, καὶ ἐνήξατο τοῦ καθαιρεῖν.

55 ‡ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήγη ἄλκιμος καὶ ἐνεποδίσθη τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ παρελύθη, καὶ οὐκ ἠδυνάτο ἔτι λαλῆσαι λόγον καὶ ἐντείλασθαι περὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

56 ‡ καὶ ἀπέθανεν ἄλκιμος ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ μετὰ βασάνου μεγάλης.

44 ‡ *Et dixit Jonathas suis: Surgamus nunc & pugnemus pro animabus nostris; non enim est hodie vt heri & nudiustertius.*

45 ‡ *Ecce enim bellũ ex aduersõ nostrum et post nos: at aqua Iordanis hinc & hinc, & palus & sylua, non est locus ad declinandum.*

46 ‡ *Nunc igitur clamate in cælum vt liberemini de manu inimicorum, et commissum est præ-*
47 *lium.* ‡ *Et extendit Jonathas manum suã vt percuteret Bacchidem, & declinauit ab eo in retro.*

48 ‡ *Et insiluit Jonathas & qui cum eo in Jordanem, & transnatauerunt ad vlteriorẽ partẽ, & non transierunt ad eos Jordanem.*

49 ‡ *Et ceciderunt à Bacchidis parte die illa ad mille viros.*

50 ‡ *Et reuersus est in Hierusalem, & ædificauit vrbes munitas in Judæa, & munitionem quæ in Hiericho & Bethel, & Thamnasa Pharathoni & Tepho in muris excelsis & portis & vectibus.*

51 ‡ *Et posuerunt custodiam in eis vt inimicitias exercerent in*
52 *Israel.* ‡ *Et muniuit vrbem quæ in Bethsura, & Gazaram, & arcem, & posuit in eis exercitus & apparatus escarum.*

53 ‡ *Et accepit filios ducum regionis obsides, & posuit eos in arce in Hierusalem in custodia.*

54 ‡ *Et in anno tertio & quinquagesimo & centesimo, mense secundo, præcepit Alcimus destruere murum aulæ sanctorum interioris, & destruxit opera prophetarum, & incepit destruere.*

55 ‡ *In tempore illo percussus est Alcimus, & impedita sunt opera illius, et occlusum est os eius, & dissolutus est, & non potuit vltrà loqui sermonem & mandare de domo sua.*

56 ‡ *Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

57 ‡ Et vidit Bacchides quòd mortuus est Alcimus, & reuersus est ad regem, & siluit terra Juda annos duos.

58 ‡ Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes: Ecce Jonathas & qui apud illum, in silentio habitant confidentes. Nunc igitur ducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes in nocte vna.

59 ‡ Et euntes consuluerunt ei.

60 ‡ Et abiit vt veniret cum exercitu multo, & misit epistolas occultè omnibus sociis eius qui in Judæa, vt comprehendãt Jonathan & eos qui cum eo, et non potuerunt; quia innotuit illis consilium eorum.

61 ‡ Et apprehenderunt de viris regionis principũ malitiæ quinquaginta viros, & occiderunt eos.

62 ‡ Et secessit Jonathas & Simon, & qui cum eo, in Bethbesem quæ in deserto, & ædificauit quæ destructa erant eius, & firmauit eam.

63 ‡ Et cognouit Bacchides, & congregauit omnem multitudinẽ suam, & his qui erant de Judæa denunciauit.

64 ‡ Et veniens posuit castra super Bethbasem, & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas.

65 ‡ Et reliquit Jonathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & venit numerans.

66 ‡ Et percussit Odomira & fratres eius, & filios Phasiron in tabernaculo ipsorum. Et incepit percutere, & ascendit cum exercitibus.

67 ‡ Et Simon & qui cum eo exierunt de vrbe, & combusserunt machinas.

68 ‡ Et pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis. Et afflixerunt eum valde, quoniam fuit consilium eius & exitus eius vanus.

57 ‡ καὶ εἶδε βακχίδης ὅτι ἀπέθανεν ἄλκιμος, καὶ ἀπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἰούδα ἔτη δύο.

58 ‡ Ⓒ ἐβουλεύσαντο πάντες οἱ δόμοι λέγοντες· ἰδοὺ ἰωνάθαν καὶ Ⓐ παρ' αὐτὸν ἐν ἡσυχίᾳ κατοικοῦσι πεποιθότες· νῦν οὖν ἄξωμεν τὸν βακχίδην, καὶ συλλήψεται αὐτοὺς πάντας ἐν νυκὶ μιᾷ.

59 ‡ Ⓒ πορευθέντες συνεβουλεύσαντο

60 αὐτῷ. ‡ καὶ ἀπῆρε τοῦ ἐλθεῖν μὴ δυνάμεως πολλῆς, καὶ ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς λάθρα πᾶσι τοῖς συμμάχοις αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, ὅπως συλλάβωσι τὸν ἰωνάθαν Ⓒ οὐ μετ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐδυνάντο, ὅτι ἐγνώσθη αὐτοῖς ἡ βουλὴ αὐτῶν.

61 ‡ καὶ συνελάβοντο ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῆς χώρας τῶν ἀρχηγῶν τῆς κακίας πεντήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέκτειναν αὐτούς.

62 ‡ καὶ ἐξεχώρησεν ἰωνάθαν καὶ Σίμων καὶ Ⓐ μετ' αὐτοῦ εἰς βαιθβασὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ⓒ ᾠκοδόμησε τὰ καθῃρημένα αὐτῆς, καὶ ἐστερέωσεν αὐτά.

63 ‡ Ⓒ ἔγνω βακχίδης Ⓒ συνήγαγε πᾶν τὸ πλῆθος αὐτοῦ, Ⓒ τοῖς ἐκ τῆς ἰουδαίας παρήγγειλε.

64 ‡ καὶ ἐλθὼν παρενέβαλεν ἐπὶ βαιθβασὶ Ⓒ ἐπολέμησεν αὐτὴν ἡμέρας πολλάς, Ⓒ ἐποίησε μηχανάς.

65 ‡ καὶ ἀπέλιπεν ἰωνάθαν Σίμωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν χώραν, καὶ ἦλθεν ἀριθμῶν.

66 ‡ Ⓒ ἐπάταξεν ὀδομηρὰ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ Ⓒ τοὺς υἱοὺς φασιρὼν ἐν τῷ σκηνώματι αὐτῶν, Ⓒ ἐξήρξατο τύπτειν, Ⓒ ἀνέβαινεν ἐν ταῖς δυνάμεσι.

67 ‡ Ⓒ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐνεπύρισαν τὰς μηχανάς.

68 ‡ καὶ ἐπολέμησαν πρὸς τὸν βακχίδην, καὶ συνετρίβη ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐβουλεύσαντο αὐτὸν ἐν ᾧ ἡ βουλὴ αὐτοῦ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτοῦ κενή.

57 ‡ Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus, & reuersus est ad regem, & siluit terra annis duobus.

58 ‡ Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes: Ecce Jonathas & qui cum eo sunt in silentio habitant confidenter. Nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes vna nocte.

59 ‡ Et abierunt, & consilium ei dederunt.

60 ‡ Et surrexit vt veniret cũ exercitu multo. Et misit occultè epistolas sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos qui cum eo erant, sed non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum.

61 ‡ Et apprehendit de viris regionis qui principes erant militiæ quinquaginta viros, & occidit eos.

62 ‡ Et secessit Ionathas & Simon, & qui cum eo erant in Bethbessem quæ est in deserto, & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam.

63 ‡ Et cognouit Bacchides & congregauit vniuersam multitudinem suam, & his qui de Iudæa erant denunG ciauit.

64 ‡ Et venit & castra posuit desuper Bethbessem, & expugnauit eã dies multos, & fecit machinas.

65 ‡ Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & venit cum numero.

66 ‡ Et percussit Odarem & fratres eius, & filios Phasiron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cædere & crescere in virtutibus.

67 ‡ Simon verò, & qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate, & succenderunt machinas.

68 ‡ Et pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis. Et afflixerunt eum valde, quoniam consilium eius & congressus eius cum inanis.

69 ‡ Et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederãt vt veniret in regionem ipsorũ, multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam.

70 ‡ Et cognouit Ionathas, & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, & reddere ei captiuitatem.

71 ‡ Et libenter accepit, & fecit secundum verba eius, iurauit se nihil facturum ei malum omnibus diebus vitæ eius.

72 ‡ Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat prædatus de terra Iuda. Et conuersus abiit in terram suam, & non apposuit amplius venire in fines eius.

73 ‡ Et cessauit gladius ex Israel. Et habitauit Ionathas in Machmas: & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

69 ‡ καὶ ὠργίσθησαν θυμῷ τοῖς δύο- δράσι τοῖς δυσὶν τοῖς συμβεβουλευκόσιν αὐτῷ ἐλθεῖν εἰς τὴν χώραν, Ⓒ ἀπέκλεινεν ἐξ αὐτῶν πολλούς, καὶ ἐβουλεύσατο τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν γῆν αὐτῶν. ‡ καὶ ἐπέγνω ἰωνάθαν, καὶ 70 ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρέσβεις τοῦ συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν εἰρήνην καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὴν αἰχμαλωσίαν.

‡ καὶ ἀπεδέξατο καὶ ἐποίησε κατὰ 71 τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ ὤμοσεν αὐτῷ μηδὲν ζητῆσαι αὐτῷ κακὸν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

‡ καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν αἰχ- 72 μαλωσίαν ἣν ἠχμαλώτευσε τὸ πρότερον ἐκ γῆς ἰούδα, καὶ ἀποστρέψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ οὐ προσέθετο ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὰ ὅρια αὐτῶν. ‡ καὶ κατέπαυσε ῥομφαία 73 ἐξ ἰσραήλ· καὶ ᾤκησεν ἰωνάθαν ἐν μαχμάς, καὶ ἤρξατο ἰωνάθαν κρίνειν τὸν λαόν, καὶ ἠφάνισε θεοὺς ἀσεβεῖς ἐξ ἰσραήλ.

CAP. X.

1 ΕΤ anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius qui cognominatus est nobilis, & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum, & regnauit illic.

2 ‡ Et audiuit Demetri⁹ rex & congregauit exercitum copiosum valde, & exiuit obuiam illi in prœlium.

3 ‡ Et misit Demetrius epistolam ad Ionatham verbis pacificis vt magnificaret cũ. Dixit enim.

4 ‡ Anticipemus facere pacem cũ eo priusquam faciat cũ Alexandro aduersum nos.

5 ‡ Recordabitur enim omnium malorum quę fecimus in eum, & in fratrem eius & in gentem eius.

6 ‡ Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius: & obsides qui erant in arce, iussit tradi ei.

CAP. X.

1 ΕΤ in anno sexagesimo et centesimo, ascendit Alexander filius Antiochi nobilis, & occupauit Ptolemaidam, & susceperunt eum, & regnauit illic.

2 ‡ Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitus multos valde, & exiit in occursum ei in bellum.

3 ‡ Et misit Demetrius ad Jonathan epistolas verbis pacificis, vt magnificarent eum. dixit enim:

4 ‡ Præueniamus pacem ponere cum eis, antequam ponat ipse cum Alexandro contra nos.

5 ‡ Recordabitur enim omniũ malorum quæ fecimus contra ipsum, & in fratres eius & contra gentem eius.

6 ‡ Et dedit ei potestatem congregandi exercitus & præparandi arma, & vt esset ipse socius eius. et obsides qui in arce dixit vt redderentur ei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Et venit Jonathas in Hierusalem, & legit epistolas in aures omnis populi & eorum qui de arce.*

Et timuerunt timore magno quando audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitus.

‡ *Et tradiderunt qui de arce Jonathæ obsides, et reddidit eos parentibus eorum.*

Et habitauit Jonathas in Jerusalem: & cœpit ædificare & innouare ciuitatem.

‡ *Et dixit ad facientes opera vt ædificarent muros & montem Sion in circuitu ex lapidibus quadratis in munitionem: & fecerunt sic.*

‡ *Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas ædificauit Bacchides.*

‡ *Et reliquit quilibet locum suum, & abiit in terram suam.*

‡ *Cæterum in Bethsuris reliqui sunt quidam ex his qui dereliquerant legem, & præcepta, erat enim eis refugium.*

‡ *Et audiuit Alexander rex promissa quæ misit Demetrius Jonathæ, & narrauerunt ei prælia & facinora quæ fecit ipse & fratres eius, et labores quos habuerunt: & dixit.*

‡ *Nunquid inueniemus virum talem vnum? & nunc faciemus eum amicum & socium nostrum.*

‡ *Et scripsit epistolas, & misit ei iuxta verba hæc dicens.*

‡ REX *Alexander fratri Jonathæ gaudere.*

‡ *Audiuimus de te quòd vir potens fortitudine & aptus es vt sis nobis amicus.*

‡ *Et nunc cõstituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, & amicum regis vocari. & misit ei purpuram & coronam auream, & vt sapias quæ nostra sunt & vt serues amicitiam erga nos.*

7 ‡ καὶ ἦλθεν ἰωνάθαν εἰς ἱερυσαλήμ, καὶ ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄκρας. 8 καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν ὅτε ἤκουσαν ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἐξουσίαν συναγαγεῖν δυνάμεις. 9 καὶ παρέδωκαν τοῖς ἐκ τῆς ἄκρας ἰωνάθαν τοὺς ὁμήρους, καὶ ἀπέδωκεν αὐτοὺς τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν. 10 καὶ ᾤκησεν ἰωνάθαν ἐν ἱερυσαλήμ, καὶ ἤρξατο οἰκοδομεῖν καὶ καινίζειν τὴν πόλιν.

11 καὶ εἶπε τοῖς τοὺς ποιοῦντας τὰ ἔργα οἰκοδομεῖν τὰ τείχη καὶ τὸ ὄρος σιὼν κυκλόθεν ἐν λίθοις τετραγώνοις εἰς ὀχύρωσιν, καὶ ἐποίησαν οὕτως. 12 καὶ ἔφυγον οἱ ἀλλογενεῖς οἱ ὄντες ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν οἷς ᾠκοδόμησε βακχίδης. 13 καὶ κατ' ἔλιπεν ἕκας τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ.

14 πλὴν ἐν βαιθσούρᾳ ὑπελείφθησάν τινες τῶν καταλιπόντων τὸν νόμον, καὶ τὰ προστάγματα, ἦν γὰρ αὐτοῖς φυγαδευτήριον.

15 καὶ ἤκουσεν ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰς ἐπαγγελίας ὅσας ἀπέστειλε δημήτριος τῷ ἰωνάθῃ, καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τοὺς πολέμους καὶ τὰς ἀνδραγαθίας ἃς ἐποίησεν αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ τοὺς κόπους οὓς ἔσχοσαν· καὶ εἶπε·

16 μὴ εὑρήσομεν ἄνδρα τοιοῦτον σήμερον καὶ νῦν ποιήσωμεν αὐτὸν φίλον καὶ σύμμαχον ἡμῶν.

17 καὶ ἔγραψεν ἐπιστολὰς καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ κατὰ τοὺς λόγους τούτους λέγων·

18 Βασιλεὺς ἀλέξανδρος τῷ ἀδελφῷ ἰωνάθῃ χαίρειν.

19 ἀκηκόαμεν περὶ σοῦ ὅτι δυνατὸς ἰσχύι καὶ ἁρμόζει εἶναι ἡμῶν φίλον.

20 καὶ νῦν καθεσάκαμέν σε σήμερον ἀρχιερέα τοῦ ἔθνους σου, καὶ φίλον βασιλέως καλεῖσθαι, καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ πορφύραν καὶ στέφανον χρυσοῦν, καὶ φρονεῖν τὰ ἡμῶν καὶ συντηρεῖν φιλίαν πρὸς ἡμᾶς.

7 ‡ Et venit Ionathas in Hierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant.

8 ‡ Et timuerũt timore magno, quoniã audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum.

9 ‡ Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis.

10 ‡ Et habitauit Ionathas in Hierusalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem.

11 ‡ Et dixit facientibus opera vt extruerẽt muros & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt.

12 ‡ Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ędificauerat.

13 ‡ Et reliquit vnusquisque locũ, & abiit in terram suam.

14 ‡ Tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legẽ & præcepta Dei. erat enim hoc eis ad refugium.

15 ‡ Et audiuit Alexander res promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ, & narrauerũt ei prœlia & virtutes quas ipse fecit & fratres eius, & labores quos laborauerunt. Et ait.

16 ‡ Nunquid inueniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus cum amicũ & socium nostrum.

17 ‡ Et scripsit epistolam, & misit ei secundum hæc verba dicens.

18 ‡ REX Alexander fratri Ionanathæ salutem.

19 ‡ Audiuimus de te quòd vir potens sis viribus, & aptus es vt sis amicus nobis.

20 ‡ Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, vt amicus vocaris regis. Et misit ei purpuram & coronam auream & vt sapias quæ nostra sunt & vt conserues amicitias ad nos.

‡ Et induit se Ionathas stolam sanctã septimo mense anno centesimo sexagesimo in die solenni Scenopegiæ. Et congregauit exercitum & fecit arma copiosa.

‡ Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis, & ait.

‡ Quid hoc fecimus quòd præoccupauit nos Alexãder apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen sui?

‡ Scribam & ego illis verba deprecatoria & dignitates & dona, vt sint mecũ in adiutorium.

‡ Et scripsit eis in hæc verba. REX Demetrius gẽti Iudæorum salutem.

‡ Quoniã seruastis ad nos pactum, & manssistis in amicitia nostra, & nõ accessistis ad inimicos nostros, audiuimus & gauisi sumus.

‡ Et nunc perseuerate adhuc cõseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscum.

‡ Et remittem⁹ vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes.

‡ Et nunc absoluo vos & omnes Iudęos à tributis, & precia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis.

‡ Et dimidiam partẽ fructus ligni quod est portionis C meæ, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & à Galilęa ex hodierna die, & in totum tempus.

‡ Et Hierusalem sit sancta & libera cum finibus suis, & decimæ & tributa ipsius sint.

‡ Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Hierusalem, & do eam summo sacerdoti, vt constituat in ea viros quoscunque ipse elegerit qui custodiant eam.

21 ‡ καὶ ἐνεδύσατο ἰωνάθαν τὴν ἁγίαν στολὴν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἔτους ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐν ἑορτῇ σκηνοπηγίας· καὶ συνήγαγε δυνάμεις, καὶ κατεσκεύασεν ὅπλα πολλά.

22 ‡ καὶ ἤκουσε δημήτριος τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἐλυπήθη σφόδρα· εἶπε

23 ‡ τί τοῦτο ἐποιήσαμεν ὅτι προέφθακεν ἡμᾶς ὁ ἀλέξανδρος τοῦ φιλίαν καταστῆσαι τοῖς ἰουδαίοις εἰς σήευμα.

24 ‡ γράψω αὐτοῖς καὶ γὼ λόγους παρακλήσεως καὶ τιμαῖς καὶ δόμασιν, ὅπως ὦσι σὺν ἐμοὶ εἰς βοήθειαν.

25 ‡ καὶ ἐπέστειλεν αὐτοῖς κατὰ τοὺς λόγους τούτους βασιλεὺς δημήτριος τῷ ἔθνει τῶν ἰουδαίων χαίρειν.

26 ‡ ἐπεὶ συνετηρήσατε τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, καὶ ἐνεμείνατε τῇ φιλίᾳ ἡμῶν καὶ οὐ προσεχωρήσατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἀκούσαντες καὶ ἐχάρημεν.

27 ‡ καὶ νῦν ἐμμείνατε ἔτι τοῦ συντηρῆσαι πρὸς ἡμᾶς πίστιν, καὶ ἀνταποδώσομεν ὑμῖν ἀγαθά, ἀνθ' ὧν ποιεῖτε μεθ' ἡμῶν.

28 ‡ καὶ ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα πολλά, καὶ δώσομεν ὑμῖν δόματα.

29 ‡ καὶ νῦν ἀπολύω ὑμᾶς, καὶ ἀφίημι ὑμῖν πάντας τοὺς ἰουδαίους ἀπὸ τῶν φόρων καὶ τῆς τιμῆς τοῦ ἁλός, καὶ ἀπὸ τῶν στεφάνων, καὶ ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς.

30 ‡ καὶ ἀντὶ τοῦ ἡμίσους τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν, ἀφίημι ἀπὸ τῆς σήμερον καὶ ἐπέκεινα τοῦ λαβεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ἰούδα, καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν νομῶν τῶν προστεθέντων αὐτῇ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ γαλιλαίας, καὶ ἀπὸ τῆς Σιμεὼν ἡμέρας καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. 31 ‡ ἱερουσαλὴμ ἔτω ἁγία καὶ ἀφημμένη τὰ ὅρια αὐτῆς, καὶ δεκάται καὶ τὰ τέλη.

32 ‡ ἀφίημι καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς ἄκρας τῆς ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ δίδωμι τῷ ἀρχιερεῖ, ὅπως θῇ καθίστασθαι ἐν αὐτῇ ἄνδρας οὓς ἂν ἐκλέξηται αὐτὸς τοῦ φυλάσσειν αὐτήν.

21 ‡ *Et induit se Jonathas sanctam vestem septimo mense, anno sexagesimo & centesimo in festo scenopegiæ: & congregauit exercitus, & præparauit arma multa.*

22 ‡ *Et audiuit Demetrius sermones hos, & tristatus est, & dixit:*

23 ‡ *Quid hoc fecimus, quia præuenit nos Alexander vt amicitiam constitueret cum Judæis in munimen?*

24 ‡ *Scribam eis & ego verba exhortationis & altitudinis et donorum, vt sint mecum in auxilium.*

25 ‡ *Et misit epistolam eis iuxta verba hæc: REX Demetrius genti Judæorum gaudere.*

26 ‡ *Quoniam conseruastis ad nos pacta, & permansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus & gauisi sumus.*

27 ‡ *Et nunc perseuerate adhuc conseruare erga nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ facitis nobiscum.*

28 ‡ *Et remittemus vobis remissiones multas, & dabimus vobis dona.*

29 ‡ *Et nunc absoluo vos, & remitto vobis omnes Judæos à tributis & pretio salis, & de coronis, & pro tertia parte seminis.*

30 ‡ *Et pro dimidia parte fructus lignei quod incumbit mihi accipere, dimitto à die hodierna & deinceps accipere de terra Juda, & de tribus ciuitatibus additis illi ex Samaria & Galilæa, & ex hodierna die, & in sempiternum tempus.*

31 ‡ *Et Hierusalem sit sancta & libera, & fines eius, & decimæ & tributa.*

32 ‡ *Remitto & potestatem arcis quæ est in Hierusalem, & do principi sacerdotum vt constituat in ea viros quoscunque elegerit ipse ad custodiendam ipsam.*

* *Et omnem animam Iudæorum captiuatam à terra Iuda in omni regno meo remitto liberã gratis.* 33

* *Et omnes remittant tributa & iumentorum suorum: & omnia festa & sabbata & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante festum, & tres dies post festum, sint omnes dies immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo.* 34

* *Et non habebit potestatem vllus agere & fatigare aliquem eorum de omni re.* 35

* *Et ascribantur ex Iudæis in exercitus regis ad triginta millia virorum, & dabuntur eis munera vt oportet omnibus exercitibus regis.* 36

* *Et ordinabuntur ex eis in munitionibus regis magnis. Et ex his constituentur super negocia regni existẽtia ad fidem, & qui super ea & principes sint de ipsis, & ambulent in legibus suis, sicut & præcepit rex in terra Iuda.* 37

* *Et tres ciuitates additas* 38 *Iudææ ex regione Samariæ, addat Iudææ ad computationem vt sint sub vno, vt non obediant alij potestati, nisi summi Sacerdotis.*

* *Ptolemaida & terminos* 39 *eius dedi dono sanctis qui in Hierusalem, in necessariũ sumptum sanctis.*

* *Et ego do singulis annis* 40 *quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis à locis attinentibus.*

* *Et omne quod reliquum est* 41 *quod non reddiderant de negociis, vt in primis annis, ex nunc dabunt in opera domus.*

* καὶ πᾶσαν ψυχὴν ἰουδαίων τὴν αἰχμαλωτισθεῖσαν ἀπὸ γῆς ἰούδα εἰς πᾶσαν βασιλείαν μου ἀφίημι ἐλευθέραν δωρεάν. 33

* καὶ πάντες ἀφιέτωσαν αὐτῶν φόρους καὶ κλωὴν αὐτῶν, καὶ πᾶσαι ἑορταὶ καὶ τὰ Σάββατα καὶ νουμηνίαι, καὶ ἡμέραι ἀποδεδειγμέναι, καὶ τρεῖς ἡμέραι πρὸ ἑορτῆς καὶ τρεῖς ἡμέραι μετ' ἑορτήν, ἔσωσαν πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἀτελείας καὶ ἀφέσεως πᾶσι τοῖς ἰουδαίοις τοῖς ὄσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. 34

* καὶ οὐκ ἔξει ἐξουσίαν οὐδεὶς πράσσειν καὶ παρενοχλεῖν τινα αὐτῶν περὶ παντὸς πράγματος. 35

* καὶ καταγραφήτωσαν τῶν ἰουδαίων εἰς τὰς δυνάμεις τοῦ βασιλέως εἰς τριάκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν, καὶ δοθήσεται αὐτοῖς ξένια ὡς καθήκει πᾶσαις ταῖς δυνάμεσι τοῦ βασιλέως. 36

* καὶ καταστήσεται ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τοῦ βασιλέως τοῖς μεγάλοις, καὶ ὧν τὰ κατασταθήσεται ἐπὶ χρειῶν τῆς βασιλείας τῶν ὄντων εἰς πίστιν, καὶ οἱ ἐπ' αὐτῶν καὶ οἱ ἄρχοντες ἔσωσαν ἐξ αὐτῶν, καὶ πορευέσθωσαν τοῖς νόμοις αὐτῶν, καθὰ καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ἐν γῇ ἰούδα. 37

* καὶ οὗτοι τρεῖς νόμοι οὗτοι προσετέθησαν τῇ ἰουδαίᾳ ἀπὸ τῆς χώρας Σαμαρείας, προστεθήτω τῇ ἰουδαίᾳ πρὸς τὸ λογισθῆναι τοῦ ἀρχιερέως ἐφ' ὕλῃ, τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι ἄλλης ἐξουσίας, ἀλλ' ἢ τοῦ ἀρχιερέως. 38

* πτολεμαΐδα καὶ τὴν προσκυρῶνα αὐτῆς δέδωκα δόμα τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν προσκαθήκουσαν δαπάνην τοῖς ἁγίοις. 39

* κἀγὼ δίδωμι κατ' ἐνιαυτὸν δεκαπέντε χιλιάδας σίκλων ἀργυρίου ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βασιλέως ἀπὸ τῶν τόπων τῶν ὑπηκόντων. 40

* καὶ πᾶν τὸ πλεονάζον ὃ οὐκ ἀπεδίδοσαν ἀπὸ τῶν χρειῶν, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσιν, ἀπὸ τοῦ νῦν δώσουσιν εἰς τὰ ἔργα τοῦ οἴκου. 41

* Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberã gratis, vt omnes à tributis soluantur etiam pecorum suorum. 33

* Et omnes dies solennes & sabbata & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante & tres dies post diem solennem, & tres dies immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo. 34

* Et nemo habebit potestatem agere aliquid & molestare negocia aduersus aliquem illorum in omni causa. 35

* Et vt ascribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum: et dabuntur illis copię vt oportet omnibus exercitibus regis. 36

* Et ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni. Et ex his constituentur super negocia regni quæ agitur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. 37

* Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur vt sint sub vno, & non obediãt alienæ potestati, nisi summo Sacerdoti. 38

* Ptolemaida & confines eius quas dedi donum sanctis qui sunt in Hierusalem ad necessarios sumptus sanctorum. 39

* Et ego dabo singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis quæ me contingunt. 40

* Et omne quod reliquum fuerit quod non reddiderant qui super negocia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. 41

* Et super hæc quinque millia siclorum argenti quæ accipiebant de sanctorũ ratione per singulos annos, & hæc ad sacerdotes pertineãt qui ministerio funguntur. 42

* Et quicunque cõfugerit in templum quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negocio dimittantur, & vniuersa quæ sunt in regno meo, libera habeant. 43

* Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis. 44

* Et ad extruendos muros in Hierusalem, & communiendos in circuitu, sumptus dabũtur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudęa. 45

* Vt audiuit autem Ionathas & populus sermones istos, nõ crediderunt eis, nec receperũt eos; quia recordati sunt malitiæ magnę quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. 46

* Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. 47

* Et cõgregauit rex Alexãder exercitum magnum, & admouit castra cõtra Demetrium. 48

* Et commiserunt prœliũ duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eũ Alexander & incubuit super eos. 49

* Et inualuit prœliũ nimis donec occidit sol, & cecidit Demetrius in die illa. 50

* Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secundum hæc verba dicens. 51

* QVONIAM regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & cõtriui Demetrium, & possedi regionem nostrã. 52

* καὶ ἐπὶ τοῖς πεντακισχιλίοις σίκλοις ἀργυρίου ἃς ἀναφέρουσιν ἐκ τῶν χρειῶν ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσι τοῦ λόγου κατ' ἐνιαυτὸν καὶ ταῦτα ἀφίεται διὰ τὸ διήκειν αὐτὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λειτουργοῦσι. 42

* καὶ ὅσοι ἐὰν φύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἐν ἱεροσολύμοις καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτοῦ, ὀφείλοντες βασιλικὰ ἢ πρᾶγμα, ἀπολελύσθωσαν, ἢ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. 43

* καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι καὶ τοῦ ἀποκατασταθῆναι τὰ ἔργα τῶν ἁγίων, καὶ ἡ δαπάνη δοθήσεται ἐκ τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως. 44

* καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὰ τείχη ἱερουσαλὴμ καὶ ὀχυρῶσαι κυκλόθεν, καὶ ἡ δαπάνη δοθήσεται ἐκ τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως, ἢ τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὰ τείχη τὰ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ. 45

* ὡς δὲ ἤκουσεν ἰωνάθαν ἢ ὁ λαὸς τοὺς λόγους τούτους, οὐκ ἐπίστευσαν αὐτοῖς οὐδὲ ἐπεδέξαντο, ὅτι ἐπεμνήσθησαν τῆς κακίας τῆς μεγάλης ἧς ἐποίησεν ἐν ἰσραήλ, καὶ ἔθλιψεν αὐτοὺς σφόδρα. 46

* καὶ ἠὐδόκησεν ἐν ἀλεξάνδρῳ, ὅτι αὐτὸς ἐλάλησε πρὸς αὐτοὺς λόγους εἰρηνικούς, ἢ συνεμάχουν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. 47 * ἢ συνήγαγεν ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς δυνάμεις μεγάλας, καὶ παρενέβαλεν ἐξεναντίας δημητρίου. 48

* καὶ συνῆψαν πόλεμον οἱ δύο βασιλεῖς, καὶ ἔφυγεν ἡ παρεμβολὴ ἀλεξάνδρου, καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν ὁ δημήτριος, ἢ ἴσχυσεν ἐπ' αὐτούς. 49

* καὶ ἐστερέωσε τὸν πόλεμον σφόδρα ἕως ἔδυ ὁ ἥλιος, καὶ ἔπεσεν ὁ δημήτριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. 50 * καὶ ἀπέστειλεν ἀλέξανδρος πρὸς πτολεμαῖον βασιλέα αἰγύπτου πρέσβεις κατὰ τοὺς λόγους τούτους λέγων. 51

* Ἐπεὶ ἀνέστρεψα εἰς τὴν βασιλείαν μου, καὶ ἐκαθισα ἐπὶ θρόνων πατέρων μου, ἢ ἐκρατησα τῆς ἀρχῆς, ἢ συνέτριψα τὸν δημήτριον, καὶ ἐπεκράτησα τῆς χώρας ἡμῶν. 52

42 * *Et super hæc quinque millę siclos argenti, quos accipiebãt de negociis, vt in primis annis sancti de ratione singulis annis. Et hæc remittuntur, quia pertinent ea ad sacerdotes qui ministrant.*

43 * *Et quicunque fugerint in templum quod in Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, debentes regalia & omne negotiũ, dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo.*

44 * *Et vt ædificentur & renouentur opera sanctorum, & sumptus dabitur de ratione regis.*

45 * *Et vt extruantur muri Hierusalem, & muniant in circuitu, & sumptus dabitur de ratione regis, & vt construantur muri qui in Iudea.*

46 * *Vt autem audiuit Ionathas & populus sermones istos, non crediderunt illis neque receperunt, quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecit in Israel, & tribulauit eos valde.*

47 * *Et complacuit in Alexandro, quoniam ipse fuit eis princeps sermonum pacificorum, & auxilium ferebant ipsi omnibus diebus.*

48 * *Et congregauit Alexander rex exercitus magnos, & castra metatus est contra Demetrium.*

49 * *Et commiserunt prœlium duo reges; & fugit exercitus Alexandri, & persecutus est eum Demetrius, & prœualuit contra eos.*

50 * *Et fortificauit prœliũ valde, donec occidit sol. Et cecidit Demetrius in die illo.*

51 * *Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Aegypti legatos secundum verba hæc dicens:*

52 * *Quoniam regressus sum in terram regni mei, & sedi in thronis patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & obtinui regionem nostram.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Et commisi contra eum pugnam, & contritus est ipse & castra eius à nobis, & sedimus in sede regni eius.*

‡ *Et nunc statuamus inter nos amicitiam, & nunc da mihi filiam tuam in vxorẽ, & genero tibi, & dabo tibi dona & ipsi digna te.*

‡ *Et respondit Ptolemæus rex dicẽs: Bona dies in qua reuersus es ad terram patrũ tuorum, & sedisti in sedibus regni eorum.*

‡ *Et nunc faciã tibi quæ scripsisti, sed occurre in Ptolemaidẽ, vt videamus nos inuicem, & ero socer tibi sicut dixisti.*

‡ *Et exiuit Ptolemæus de Ægypto ipse & Cleopatra filia eius: & venerunt in Ptolemaidem anno secundo & sexagesimo & centesimo.*

‡ *Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatrã filiam suam, & fecit nuptias eius in Ptolemaide, sicut reges in gloria magna.*

‡ *Et scripsit rex Alexander Jonathæ, vt veniret in occursum ei.*

‡ *Et abiit cum gloria in Ptolemaidem, & occurrit duobus regibus, & dedit eis argentum & aurum, & amicis eorum & dona multa, & inuenit gratiam coram eis.*

‡ *Et cõuenerunt aduersus eũ viri pestilentes de Jsrael, viri iniqui ad interpellandum aduersus eum, & non intendit eis rex.*

‡ *Et iussit rex, & expoliauerunt Jonatham vestibus suis, et induerunt eum purpura. & fecerunt ita.*

‡ *Et fecit sedere eum rex secum, & dixit principibus suis, Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nullus interpellet aduersus eum de vllo negocio, & nullus ei molestus sit de omni ratione.*

53 ‡ Ἐσωπλίσα πρὸς αὐτὸν μάχην, καὶ συνετρίβη αὐτὸς καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν, καὶ ἐκαθίσαμεν ἐπὶ θρόνε βασιλείας αὐτῶ.

54 ‡ καὶ νῦν στήσωμεν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν, ⁊ νῦν δὸς μοι τὴν θυγατέρα σε εἰς γυναῖκα, ⁊ ἐπιγαμβρεύσω σοι, ⁊ δώσω σοι δόματα, καὶ αὐτῇ ἀξιά σου.

55 ‡ καὶ ἀπεκρίθη πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς λέγων· ἀγαθὴ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐπέστρεψας εἰς γῆν πατέρων σε ⁊ ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου βασιλείας αὐτῶν.

56 ‡ καὶ νῦν ποιήσω σοι ἃ ἔγραψας, ἀλλ' ἀπάντησόν εἰς πτολεμαΐδα, ὅπως ἰδωμεν ἀλλήλους, καὶ ἐπιγαμβρεύσω σοι καθὼς εἰρηκας. ⁊ ἐξῆλθε πτολεμαῖος ἐξ αἰγύπτε αὐτὸς ⁊ κλεοπάτρα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ· καὶ ἦλθον εἰς πτολεμαΐδα ἔτους δευτέρου καὶ

58 ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ. ‡ καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς, καὶ ἐξέδοτο αὐτῷ κλεοπάτραν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν γάμον αὐτῆς ἐν πτολεμαΐδι, καθὼς ⊕ βασιλεῖς ἐν δόξῃ μεγάλῃ.

59 ‡ ⁊ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς ἀλέξανδρος ἰωνάθῃ, ἐλθεῖν εἰς συναντησιν αὐτῷ.

60 ‡ καὶ ἐπορεύθη μετὰ δόξης εἰς πτολεμαΐδα, καὶ ἀπλώπισε τοῖς δυσὶ βασιλεῦσι. καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀργύριον καὶ χρυσίον καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν καὶ δόματα πολλά, καὶ εὗρε χάριν ἐναντίον αὐτῶν.

61 ‡ καὶ ἐπισυνήχθησαν ἐπ' αὐτὸν ἄνδρες λοιμοὶ ἐξ ἰσραὴλ ἄνδρες παράνομοι ἐντυχεῖν κατ' αὐτοῦ, καὶ ὁ πρόσεχεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύς.

62 ‡ καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεύς, ⁊ ἐξέδυσαν ἰωνάθην τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν πορφύραν, καὶ ἐποίησαν ἕτως.

63 ‡ καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπε τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ· ἐξέλθετε μετ' αὐτοῦ εἰς μέσον τῆς πόλεως, καὶ κηρύξατε τοῦ μηδένα ἐντυγχάνειν κατ' αὐτοῦ περὶ μηδενὸς πράγματος· καὶ μηδεὶς αὐτῷ παρενοχλείτω περὶ παντὸς λόγου.

53 ‡ Et commisi pugnam cũ eo, & contritus est ipse & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni eius.

54 ‡ Et nunc statuamus ad inuicem amicitiã, & da mihi filiam tuam vxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona & ipsi dignitatem.

55 ‡ Et respondit rex Ptolemæus dicẽs: Felix dies in qua reuersus es ad terram patrũ tuorum, & sedisti in sede regni eorum.

56 ‡ Et nunc faciã tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & sponsã tibi sicut dixisti.

57 ‡ Et exiuit Ptolemæus de Ægypto ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo.

58 ‡ Et occurrit ei Alexander rex. Et dedit ei Cleopatram filiam suam, & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges in magna gloria.

59 ‡ Et scripsit Alexander rex Jonathæ, vt veniret obuiam sibi.

60 ‡ Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit duobus regibus, & dedit illis argentum multum & aurum & dona, & inuenit gratiam in conspectu eorum.

61 ‡ Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Jsrael, viri iniqui interpellantes aduersus eum, & non intendit ad eos rex.

62 ‡ Et iussit spoliari Jonatham vestibus suis, & indui eum purpura. Et ita fecerunt.

63 ‡ Et collocauit eum rex sedere secum: dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium ciuitatis, & præcipite vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negocio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione.

‡ Et factum est vt viderũt qui interpellabant gloriam Gei eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes.

‡ Et magnificauit eum rex & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducẽ & participem principatus.

‡ Et reuersus est Ionathas in Hierusalem cum pace & lætitia.

‡ In anno centesimo sexagesimo quinto venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum.

‡ Et audiuit Alexander rex & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiam.

‡ Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœlesyriæ, & congregauit exercitum magnum & accessit ad Iamniam, & misit ad Ionatham summum sacerdotem dicens.

‡ Tu solus resistis nobis. Ego autem factus sum in derisum & in opprobriũ, propterea quia tu potestatẽ aduersum nos exerces in montibus.

‡ Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum & comparemus illic inuicem, quia mecum est virtus bellorum.

‡ Interroga & disce quis sum ego & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostrã, quia bis in fugam cõuersi sunt patres tui in terram suam.

‡ Et nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo vbi non est lapis neque saxũ neque locus fugiendi?

‡ Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo: & elegit decẽ millia virorũ & exiit ab Hierusalẽ, & occurrit ei Simõ frater ei⁹ in adiutoriũ. ‡ Et applicuerũt castra in Ioppẽ. Et exclusit eum à ciuitate, quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam.

64 ‡ Ⓒ ἐγήθεσαν ὡς εἶδον ⊕ ἐντυχάνοντες τὴν δόξαν αὐτοῦ καθὼς ἐκήρυξαν Ⓒ περιβεβλημμένον αὐτὸν πορφύραν, καὶ ἔφυγον πάντες.

65 ‡ καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν ὁ βασιλεύς, καὶ ἔγραψεν αὐτὸν τῶν πρώτων φίλων, Ⓒ ἔθετο αὐτὸν στρατηγὸν ⊕ μεριδαρχην. ‡ Ⓒ ἐπέστρεψεν ἰωνάθαν εἰς ἱερουσαλὴμ μετ' εἰρήνης καὶ εὐφροσύνης.

67 ‡ καὶ ἐν ἔτει ἑξηκοστῷ Ⓒ ἑκατοστῷ ἦλθε δημήτριος ὁ υἱὸς δημητρίε ⊕ κρήτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων αὐτοῦ. ‡ καὶ ἤκουσεν ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς, Ⓒ ἐλυπήθη Ⓒ φόβῳ, καὶ ἀπέστρεψεν εἰς φυτόχειαν. ‡ καὶ κατέστησε δημήτριος ⊕ ἀπολλώνιον τὸν ὄντα ἐπὶ κοίλης συρίας, καὶ συνήγαγε δύναμιν μεγάλην, καὶ παρενέβαλεν ἐν ἰαμνεία. καὶ ἀπέστειλε πρὸς ἰωνάθαν τὸν ἀρχιερέα λέγων·

70 ‡ Σὺ μονώτατος ἐπαίρῃ ἐφ' ἡμᾶς, ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἐξηυτελισμένος εἰς καταγέλωτα ⁊ εἰς ὀνειδισμὸν διὰ σέ· καὶ διατί ὀζαπαίζῃ ἐφ' ἡμᾶς ἐν τοῖς ὄρεσι.

71 ‡ νῦν οὖν εἰ πέποιθας ἐπὶ ταῖς δυνάμεσί σου, καταβηθι πρὸς ἡμᾶς εἰς τὸ πεδίον, καὶ συγκεκλιμμεθα ἑαυτοῖς ἐκεῖ, ὅτι μετ' ἐμοῦ ἐστι δυνάμις τῶν πόλεων. ‡ ἐρώτησον καὶ μάθε τίς εἰμι Ⓒ ⊕ λοιποὶ ⊕ βοηθοῦντες ἡμῖν· καὶ λέγουσιν, οὐκ ἔστιν ὑμῖν στάσις ποδὸς κατὰ πρόσωπον ἡμῶν, ὅτι δὶς ἐτροπώθησαν ⊕ πατέρες σε ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. ‡ καὶ νῦν οὐ δυνήσῃ ὑποστῆναι τὸν ἵππον καὶ δύναμιν τοιαύτην ἐν τῷ πεδίῳ, ὅτι οὐκ ἔστι λίθος οὐδὲ κόλαξ οὐδὲ τόπος ⊖ φυγεῖν.

74 ‡ ὡς δὲ ἤκουσεν ἰωνάθαν τῶν λόγων ἀπολλωνίε, ἐκινήθη τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐπέλεξε δέκα χιλιάδας ἀνδρῶν, καὶ ἐξῆλθεν ἐξ ἱερουσαλήμ, ⁊ συνήντησεν αὐτῷ σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ εἰς βοήθειαν αὐτοῦ.

75 ‡ καὶ παρενέβαλεν ἐπὶ ἰόππην, Ⓒ ἀπέκλεισαν αὐτὸν ἐν τῇ πόλεως, ὅτι φυλακὴ ἀπολλωνίε ἐν ἰόππῃ, Ⓒ ἐπολέμησαν αὐτόν.

64 ‡ *Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius, vt prædicauerunt, & opertum eum purpura, & fugerunt omnes.*

65 ‡ *Et glorificauit eum rex, et scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem & participem principatus.*

66 ‡ *Et reuersus est Jonathas in Hierusalem cum pace et lætitia.*

67 ‡ *Et in anno quinto & sexagesimo & centesimo venit Demetrius filius Demetrij de Creta in terram patrum suorum.*

68 ‡ *Et audiuit Alexander rex, & tristatus est valde, & reuersus est in Antiochiam.*

69 ‡ *Et constituit Demetrius Apollonium, qui erat super Cœlen Syriæ. Et congregauit exercitum magnum, et posuit castra in Jamnia, & misit ad Jonathan summum sacerdotem, dicens:*

70 ‡ *Tu solissimus extolleris contra nos; ego autem factus sum in derisum & in opprobrium propter te, & eo quòd potestatem exerces aduersus nos in montibus.*

71 ‡ *Nunc igitur si confidis in exercitibus tuis, descẽde ad nos in campum, & comparemur ad inuicem illic; quia mecũ est exercitus virtium.*

72 ‡ *Interroga & disce quis sum & cæteri auxiliantes nobis. Et dicunt: Non est vobis statio pedis contra faciem nostram; quia bis conuersi sunt in fugam*

73 *patres tui in terra sua.* ‡ *Et nunc non poteris sustinere equitatũ & exercitũ talẽ in campo, vbi non est lapis neque saxum*

74 *neque locus fugiendi.* ‡ *Vt autem audiuit Jonathas sermones Apollonij, motus est animo, & elegit decem millia virorum, & exiuit de Hierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium eius.*

75 ‡ *Et castra posuit in Joppen: & excluserunt eum à ciuitate; quia custodia Apollonij in Joppe, & oppugnauerunt eam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Et exterriti aperuerũt qui de ciuitate. Et obtinuit Jonathas Joppen.*

‡ *Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum & exercitum multum: & abiit in Azotum tanquam iter faciens. Et simul processit in campum, eò quòd haberet ipse multitudinem equitatus, & confideret in ipso.*

‡ *Et insecutus est post eum in Azotum, & commiserunt exercitus post eum in prælium.*

‡ *Et reliquit Apollonius mille equites occultè post eos.*

‡ *Et cognouit Jonathas quòd sunt insidiæ post se, & circuierunt eius castra; & eiecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam.*

‡ *At populus stetit sicut præcepit Jonathas, & laborauerũt equi eorum.*

‡ *Et traxit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem: nam equites fatigati erant. Et contriti sunt ab eo, & fugerunt.*

‡ *Et equites dispersi sunt per campum, & fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon idolum suum vt liberarentur.*

‡ *Et succedit Jonathas Azotum & ciuitates quæ in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagon & eos qui confugerunt in illud, succendit igni.*

‡ *Et fuerunt qui ceciderunt gladio cũ succensis ad viros octo mille.* ‡ *Et recessit inde Jonathas, & castra metatus est in Ascalonem. Et exierunt qui de ciuitate in occursum ei in gloria magna.* ‡ *Et reuersus est Jonathas in Hierusalẽ cũ suis habentes spolia multa.* ‡ *Et factũ est vt audiuit Alexander rex sermones istos, & addidit glorificare Jonathan.* ‡ *Et misit ei fibulam auream, vt cõsuetudo est dari cognatis regum: & dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.*

‡ ϰ̀ φοβηθέντες ἤνοιξαν ⓓ ἐκ τῆς πόλεως, ⁊ ἐκνεύευσεν ἰωνάθαν ἰόπτης. ‡ ⁊ ἤκουσεν Ἀπολλώνιος, ⁊ παρενέβαλε τετραχιλίαν ἵππον ⁊ δυνάμιν πολλήν· ϰ̀ἐπορεύθη εἰς ἄζωτον ὡς ὁδοιπόρων, ϰ̀ἅμα προῆγεν εἰς τὸ πεδίον, διὰ τὸ ἔχειν αὐτὸν πλῆθος ἵππου ϰ̀ πεποιθέναι ἐπ' αὐτῷ. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἐδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ εἰς ἄζωτον, ϰ̀ἐσώθησαν αἱ παρεμβολαὶ ὀπίσω αὐτοῦ εἰς πόλεμον. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἀπέλιπεν Ἀπολλώνιος χιλίαν ἵππον ϰ̀ρυπτῶς κατόπισθεν αὐτῶν. ‡ ϰ̀ ἔγνω ἰωνάθαν ὅτι ἔστιν ἐνέδρον κατόπισθεν αὐτοῦ, ϰ̀ϰυκλώσουσι αὐτοῦ τὴν παρεμβολήν, ⁊ ἐξετείναξαν τὰς σχίζας εἰς τὸν λαὸν ἀπὸ πρωΐθεν ἕως δείλης. ‡ ὁ δὲ λαὸς εἰστήκει καθὼς ἐπέταξεν ἰωνάθαν, ϰ̀ϰοπίασαν ⓓ ἵπποι αὐτῶν. ‡ ϰ̀ εἵλκυσε Σίμων τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ϰ̀ϰαὶ συνῆψε πρὸς τὴν φάλαγγα. ἠγωνίασε γὰρ ἵππος ἐξελύθη, ϰ̀ϰαὶ συνετελέσησαν ἀπ' αὐτοῦ, ⁊ ἔφυγον. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἡ ἵππος ἐσκορπίσθη ἐν τῷ πεδίῳ, ϰ̀ϰαὶ ἔφυγον εἰς ἄζωτον, ϰ̀ϰαὶ εἰσῆλθον εἰς βηθδαγὼν τὸ εἰδωλεῖον αὐτῶν ⁊ ζωθῆσαι. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἐνεπύρισεν ἰωνάθαν τὴν ἄζωτον ϰ̀ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ αὐτῆς, ϰ̀ϰαὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν, ϰ̀ϰαὶ τὸ ἱερὸν δαγὼν ⁊ οὓς συμφυγόντας εἰς αὐτὸ ἐνεπύρισε πυρί. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἐγένοντο ⓓ πεπληγότες μαχαίρᾳ σὺν τοῖς ἐμπυρισθεῖσιν εἰς δύο ἄνδρας ὀκτακισχιλίους. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν ἰωνάθαν, ϰ̀ϰαὶ παρενέβαλεν πρὸς ἀσκάλωνα, ⁊ ἐξῆλθον ⓓ ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς συνάντησιν αὐτῷ ἐν δόξῃ μεγάλῃ. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἐπέστρεψεν ἰωνάθαν εἰς ἱερουσαλὴμ σὺν τοῖς παρ' αὐτοῦ ἔχουσι σκῦλα πολλά. ‡ ⁊ ἑώρων ὡς ἤκουσεν ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς σὺν λόγοις τούτοις, ϰ̀ϰαὶ προσέθετο δοξάσαι τὸν ἰωνάθαν. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ πορφύραν χρυσοῦν, ὡς ἔθος ἐστὶ δίδοσθαι τοῖς συγγενέσι τῶν βασιλέων ϰ̀ϰαὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ἀκκαρὼν ϰ̀ϰαὶ πάντα τὰ ὅρια αὐτῆς εἰς κληροδοσίαν.

76 ‡ Et exterriti qui erant in ciuitate aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen.

77 ‡ Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum & exercitum multum. Et abiit Azotum tanquã iter faciens, & statim exiit in campum, eo quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis.

78 ‡ Et insecutus est eum Jonathas in Azotum, & commiserunt prælium.

79 ‡ Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè.

80 ‡ Et cognouit Ionathas quoniã insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & eiecerunt iacula in populum à manè vsque ad vesperam.

81 ‡ Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas, & laborauerunt equi eorum.

82 ‡ Et eiecit Simon exercitũ suum & commisit contra legionem. Equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab eo & fugerunt.

83 ‡ Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerũt in Bethdagon idolum suum vt liberarent.

84 ‡ Et succendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templũ Dagon & omnes qui fugerunt in illud, succendit igni.

85 ‡ Et fuerunt qui ceciderunt gladio cũ his qui succẽsi fuerẽ octo millia virorum.

86 ‡ Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonẽ, & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria.

87 ‡ Et reuersus est Ionathas in Hierusalem, cum suis habentibus spolia multa.

88 ‡ Et factũ est vt audiuit Alexander rex sermones istos, adhuc glorificare Ionathan.

89 ‡ Et misit ei fibulã auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accharon & omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

E Trex Ægypti congregauit exercitum sicut arenam quæ est circa oram maris, & naues multas, & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo & addere illud regno suo.

‡ Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebantur ei ciuitates, & occurrebant ei quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd socer suus esset.

Sept. 10. ‡ Cùm autẽ introiret ciuitatem Ptolemęus ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus.

Sept.4. ‡ Et cùm appropiauit Azoto, ostenderunt ei templũ Dagon succensum igni, & Azotum & cętera eius demolita & corpora proiecta, & corum qui cæsi erant in bello tumulos quos fecerant secus viam.

‡ Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent ei. Et tacuit rex.

‡ Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic.

‡ Et abiit Ionathas cũ rege vsque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus, & reuersus est in Hierusalem.

‡ Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum vsque Seleuciam maritimam; & cogitabat in Alexandrum consilia mala.

‡ Et misit legatos ad Demetrium dicens: Veni componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiã meam quã habet Alexander, & regnabis in regno patris tui.

‡ Pœnitet enim me quòd dederim illi filiam meam. Quæsiuit enim me occidere.

‡ Et vituperauit eum propterea quòd concupierat regnum eius.

ια'

‡ Καὶ ὁ βασιλεὺς αἰγύπτου ἤθροισεν δυνάμεις πολλὰς ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ϰ̀ϰαὶ πλοῖα πολλά· ϰ̀ϰαὶ ἐζήτησε καταπολεμῆσαι τῆς βασιλείας ἀλεξάνδρου δόλῳ, ⁊ προσθεῖναι αὐτὴν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἐξῆλθεν εἰς συρίαν λόγοις εἰρηνικοῖς, ϰ̀ϰαὶ ἤνοιγον αὐτῷ ⓓ ἀπὸ τῶν πόλεων, ϰ̀ϰαὶ συνελάμβανον αὐτῷ, ὅτι ἐνετείλατο ἀλέξανδρος ⁊ βασιλεὺς συναντῆσαι αὐτῷ διὰ τὸ πενθερὸν αὐτοῦ εἶναι. ‡ ὡς δὲ εἰσεπορεύετο εἰς τὰς πόλεις πολεμαΐδος, ἀπέταξε τὰς δυνάμεις φρουρὰν ἐν ἑκάστῃ πόλει. ‡ ὡς δὲ ἤγγισεν εἰς ἄζωτον, ἔδειξαν αὐτῷ τὸ ἱερὸν δαγὼν ἐμπεπυρισμένον, ϰ̀ϰαὶ ἄζωτον ϰ̀ τὰ περίπολια αὐτῆς καθῃρημένα, ϰ̀ϰαὶ τὰ σώματα ἐρριμμένα, ϰ̀ϰαὶ οὓς ἐμπεπυρισμένους ὡς ἐνεπύρισεν ἐν τῷ πολέμῳ, ἐποίησαν γὰρ θυμωνίας αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ. ‡ ϰ̀ϰαὶ διηγήσαντο τῷ βασιλεῖ ἃ ἐποίησεν ἰωνάθαν εἰς τὸ ψογῆσαι αὐτόν· ⁊ ἐσίγησεν ὁ βασιλεύς. ‡ ϰ̀ϰαὶ συνέλιπησεν ἰωνάθαν τῷ βασιλεῖ εἰς ἰόππην μετὰ δόξης, ϰ̀ ἠσπάσαντο ἀλλήλους, ϰ̀ϰαὶ ϰοιμήθησαν ἐκεῖ. ‡ ϰ̀ϰαὶ ἐπορεύθη ἰωνάθαν μετὰ τοῦ βασιλέως ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ καλουμένου ἐλευθέρου, ϰ̀ϰαὶ ἐπέστρεψεν εἰς ἱερουσαλήμ. ‡ ὁ δὲ βασιλεὺς πτολεμαῖος ἐκυρίευσε τῶν πόλεων ⁊ θαλάσσης ἕως σελευκείας τῆς θαλασσίας ϰ̀ϰαὶ διελογίζετο κατὰ ἀλεξάνδρου λογισμοὺς πονηρούς. ‡ ϰ̀ ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς δημήτριον τὸν βασιλέα λέγων· δεῦρο συνθώμεθα πρὸς ἑαυτοὺς διαθήκην, ϰ̀ϰαὶ δώσω σοι τὴν θυγατέρα μου ἣν ἔχει ἀλέξανδρος, ϰ̀ϰαὶ βασιλεύσεις ⁊ βασιλείας ⁊ πατρός σου. ‡ μετεμεμέλημαι γὰρ ὅτι δέδωκα αὐτῷ τὴν θυγατέρα μου, ἐζήτησε γὰρ ἀποκτεῖναί με. ‡ ⁊ ἐψόγησεν αὐτὸν, χάριν ⁊ ἐπιθυμῶν αὐτὸν ⁊ βασιλείας αὐτοῦ.

1 ‡ *Et rex Aegypti congregauit exercitus multos sicut arena quæ circa oram maris, & naues multas; et quæsiuit obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo.*

2 ‡ *Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei qui de ciuitatibus, & occurrebant ei; quoniam mandatũ erat Alexandri regis obuiare ei, eò quòd socer suus esset.*

3 ‡ *Ut autem introiuit in ciuitates Ptolemaidis, ponebat exercitus in custodiam in singulis ciuitatibus.*

4 ‡ *Ut autem appropinquauit in Azotum, ostenderunt ei templum Dagon succẽsum, & Azotum & suburbia eius destructa, & corpora proiecta, & combustos quos combussit in bello; fecerant enim tumulos eorum in via eius.*

5 ‡ *Et narrauerunt regi quæ fecit Jonathas ad vituperandũ eum: & tacuit rex.*

6 ‡ *Et occurrit Jonathas regi in Joppe cum gloria, & salutauerunt se inuicem & dormierũt illic.*

7 ‡ *Et abiit Jonathas cum rege vsque ad fluuium vocatum Eleutheros, & reuersus est in Hierusalem.*

8 ‡ *At rex Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum maritimæ vsque ad Seleuciam maritimam, & cogitabat de Alexandro consilia mala.*

9 ‡ *Et misit legatos ad Demetrium regem, dicens: Veni componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui.*

10 ‡ *Pœnitet enim quòd dedi ei filiam meam; quæsiuit enim occidere me.*

11 ‡ *Et vituperauit eum; quia desiderabat ipse regnum illius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ Et auferës ab eo filiam, dedit ipsi Demetrio, & alienatus est ab Alexandro, & apparuit inimicitia illorum. ‡ Et intrauit Ptolemæus in Antiochiam, & imposuit duo diademata circum caput eius; diadema Asiæ & Aegypti.

‡ Alexander autem rex erat in Cilicia in tẽporibus illis; quia rebellabant qui de locis illis.

‡ Et audiuit Alexander, & venit contra eum in bellum. Et eduxit Ptolemæus, & occurrit ei in manu forti, & fugauit eum.

‡ Et fugit Alexander in Arabiam, vt protegeretur ipse ibi: at rex Ptolemæus exaltatus est.

‡ Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo.

‡ Et rex Ptolemæus mortuus est die tertio, & existentes in munitionibus suis occisi sunt ab his qui in munitionibus.

‡ Et regnauit Demetrius anno septimo & sexagesimo & centesimo.

‡ In diebus illis congregauit Jonathas eos qui de Judæa, vt expugnaret arcem quæ in Hierusalem, & fecit contra eam machinas multas.

‡ Et abierunt quidam odio habentes gentem illorum viri iniqui ad regem, & nunciauerunt ei quòd Jonathas obsidet arcem.

‡ Et audiens iratus est. Vt autem audiuit, statim cùm iter fecisset, venit in Ptolemaidem, & scripsit Jonathæ, vt non obsideret, & vt occurreret ipse ei vt conuenirent in Ptolemaidẽ citò.

‡ Vt autem audiuit Jonathas, iussit obsidere. Et elegit ex presbyteris Israel & sacerdotibus, & dedit se periculo.

‡ Et accipiens argentum & aurum & vestem & alia munuscula plura, iuit ad regem in Ptolemaidem, & inuenit gratiam coram eo.

12 ‡ καὶ ἀφελόμενος αὐτὸ τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῷ τῷ δημηλίῳ, καὶ ἠλλιώθη τοῦ ἀλεξάνδρου, καὶ ἐφάνη ἡ ἔχθρα αὐτῶν.

13 ‡ καὶ εἰσῆλθε πτολεμαῖος εἰς ἀντιόχειαν, καὶ περιέθετο δύο διαδήματα περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τὸ τῆς ἀσίας καὶ αἰγύπτιος.

14 ‡ ἀλέξανδρος δὲ ὁ βασιλεὺς ἦν ἐν κιλικίᾳ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους, ὅτι ἀπεστάτουν οἱ ἀπὸ τῶν τόπων ἐκείνων.

15 ‡ καὶ ἤκουσε ἀλέξανδρος, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν πολέμῳ, καὶ ἐξήγαγε πτολεμαῖος, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ ἐν χειρὶ ἰσχυρᾷ, καὶ ἐτροπώσατο αὐτόν.

16 ‡ καὶ ἔφυγεν ἀλέξανδρος εἰς τὴν ἀραβίαν, ἵνα σκεπασθῇ ἐκεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς πτολεμαῖος ὑψώθη.

17 ‡ καὶ ἀφεῖλε ζαβδιὴλ ὁ ἄραψ τὴν κεφαλὴν ἀλεξάνδρου, καὶ ἀπέστειλε τῷ πτολεμαίῳ.

18 ‡ καὶ ὁ βασιλεὺς πτολεμαῖος ἀπέθανε τῇ ἡμέρᾳ τρίτῃ, καὶ οἱ ὄντες ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν αὐτοῦ ἀπώλοντο

19 ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι. ‡ καὶ ἐβασίλευσε δημήτριος ἔτους ἑβδόμου καὶ ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ.

20 ‡ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνήγαγε ἰωνάθαν τοὺς ἐν ἰουδαίᾳ, ἵνα πολεμήσαι τὴν ἄκραν τὴν ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ἐποίησεν ἐπ' αὐτὴν μηχανὰς πολλάς.

21 ‡ καὶ ἐπορεύθησαν τινες μισοῦντες τὸ ἔθνος αὐτῶν ἄνδρες ἄνομοι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ ὅτι ἰωνάθαν πολιορκεῖ τὴν ἄκραν.

22 ‡ καὶ ἀκούσας ὠργίσθη. ὡς δὲ ἤκουσεν, εὐθέως ἀναζεύξας ἦλθεν εἰς πτολεμαΐδα, καὶ ἔγραψεν ἰωνάθαν, τοῦ μὴ πολιορκεῖν καὶ τοῦ ἀπαντῆσαι αὐτὸν αὐτῷ συμμίσγειν εἰς

